



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

3447

IACOBI PRIMI ANGLIAE, SCOTIÆ, FRANCIÆ, ET HIBERNIÆ REGIS, fidei defensoris, &c.

ΒΑΣΙΛΙΚΟΝ ΔΩΡΟΝ,

SIVE

REGIA INSTITVTIO.

AD

HENRICVM Principem *primogenitum Filium suum, & hæredem proximum.*


Ad autographon Regium Londinense quam diligentissimè recusum.



HANOVIÆ
Apud Guilielmum Antonium,

MDCIV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A








Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A



AD HENRICVM CHARISSIMVM FILIVM meum, & ſucceſſorem *proximum.*



AD quem potius, quàm ad te, chariſſime Fili, ſpectare debeat liber iſte de inſtitutione Principis in omnem officii ſui partem, ſiue vniuerſim, vt hominis Chriſtiani in Deum, ſeu ſingulatim vti Regis in ſubditũ? Cui, inquam, potius quàm tibi debeatur, non reperio: quãdoquidem ego eiuſdem author, tuus etiam Pater cum ſim, quidni vel ſollicitè in id ſtudii incumbam? cum vt te primogenitum meum diuinęque clementiæ in meam ſobolem primitias, ſatis ad omnem virtutem habeam inſtructum: tum vt Rex tibi legitimo hęre-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

di, & successori meo in omnes Regii muneris partes sedulo informando, tempestiuè prospiciam. Vt nimirum hisce pręceptis imbutus, edoctus etiam sis, quam graue tibi onus subeũdum sit, matureq; apud te cogitare possis, Regno natum, Oneri potius, quàm Honori destinatum esse: memin erisq; te nõ tantum subditis tuis gradus eminentiâ, & dignitate præcellere, quin multò magis assiduis curis, periculis, laboribus exantlãdis ceteros omnes longè superare debere; modò magnũ illud munus à Deo Immortali tuis humeris impositum rectè, probeque administrare velis. Hoc pacto & Honoris præcellentia, & Oneris grauitate ęqua lance trutinatis, & quid vtrumque valeat, facilè perspexeris, & quam calamitosus ille casus futurus sit, si quãdo, quod Deus immortalis omen auertat, de tãtę dignitatis fastigio pręcipiteris. Vt ergo labenti memorię facilius succur-

ratur, & exactiore calculo omnia ſubducantur; vniuerſum hūc tractatum in tria membra diſpartiri volui. Primū, in Deū, vt hominis Chriſtiani docet officium. Secundum, Regis in ſubditum. Tertium, rerum indifferentium, τὰ ἀδιάφορα Greci dicūt, diſciplinam continet: quæ cum per ſe neq; bona, neq; mala, ſed mediȩ & mixtæ cuiuſdam naturæ ſunt, ex vſu vitȩ communis, prout benè vel malè vtaris, ita nomen & naturam ſortiuntur: Quæ tamen quòquò te vertas, quoquo modo te geras, vel ad imminuendam, vel augendam famam & exiſtimationem tuam, in animis hominum plurimum valent. Accipe igitur librum hunc, & tanquā inſtitutorem probū, & conſiliarium fidum amplexare: cumque occupationum mearum ratio me ſemper præſentē eſſe nō ſinit, ideo meo loco fidelem hunc monitorē, qui tibi aſſidue adſit, mihi ſuffectum volo: & quoniam

ipſa hora mortis, cum mihi, tũ omni humano generi valde ſit incerta; ideo hoc ꝓ teſtamẽto ſeu vltima voluntate mea tibi relinquo. Hoc inſuper tibi precipiens, idq; in cõſpectu Dei, perq; patriam illam poteſtatem, quę mihi in te eſt, vt non minus diligenti cuſtodia eum apud te, quã *Alexander* ille magnus *Homeri Iliadẽ*, aſſeruaris. Iuſtum eũ fidumq; habebis cõſultorem, ab omni ſtudio partium alienum: neq; vitiis indulgentem, nec intempeſtiuè importunũ. Haud facile accedit non vocatus, & minime reſpõdet niſi interpellaueris: & tamen conferas modo ſermones, cũ otiũ erit, &, ni fallar, *Scipionis* illud vſurpaueris dictum, *Nunquam minus ſolũ te fore, quàm cũ ſolus fueris.* Vt igitur concludam, hoc tibi in mãdatis h beas, per Paternam meã benedictionem, quã à me pro merito tuo vel ſperes, vel optes, vt hiſce veſtigiis inſiſtas, præceptis inhęreas, in

omni

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

omni vita exerceas: à quibus si te vel deflectere, vel contrariã insequi semitã cõtigerit, Deum summũ testor, me ex hoc libro cõtra te litẽ aliquãdo cõtestaturũ: vnde etiã ratę & firmę in cælo diræ illę imprecationes futurę sunt, quib⁹ ego te hoc nomine deuouerim; eundemq; Deum testem appello, me Patris orbitatẽ filiorum improbitati lõgè anteferre. Sed cum valde sperem, seu cõfidam potius Deum omnipotentem qui ꝑ immẽsa sua bonitate te Filio me bearit, velle etiam per eandem misericordiam suam & probo, & pio Filio feliciorem reddere; desino plurib⁹ tecum agere: si tamen prius à Deo immortali precibus contendam, vt per diuinam suam gratiam in te vires suas exerentem, vberrimos proferat fruct⁹ hęc benedictio mea: quã hisce ab intimo cordis mei in te collatam accipies.

Tui amantissimus
Pater I. R.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A



AD LECTOREM Præfatio.



Nter aurea illa Christi nostri Seruatoris effata, Luc.12. *illud vnum existit*, Nihil tam obtectum esse quod non retegetur: neque tam abstrusum, quod non enotescet: quicquid in tenebris quis dixerit, id in vulgus aliquando emanabit; & quod in aurem clanculum insusurarint, id publicè etiam voci præconis subiicietur. *Quod cum ipse dixerit, quin verissimum sit, fieri aliter non potest; siquidem ab ipso autore, & fonte ab ipsa vera veritatis essentia profluxerit: quo magis incitari omnes boni debeant ad diligentem in omni actione, etiam occultissima, cautionem adhi-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

adhibendam, quibus tandem adminiculis suffulciantur ad assequendum illud, quod concupiuerunt: ne forte, licèt alias ad laudatissimam quamque metam colliment, prodita tamen mediorum, quibus nitantur, turpitudine, id totum, ad extremum cum operis, tũ autoris probro, & dedecori vertatur. Quæ enim tam profunda consiliorum arcana cogitari possunt, quæ omniuidẽtem illum oculũ effugere valeãt? cuius acies tam penetrãs est, vt per ipsam mediam tenebrarum abyssum permeet, & peruagetur.

Neque verò tam in vniuersorum actionibus hoc verum est, quin multo magis in Regum, & Principum vita, & moribus locum habet: Qui cum publicæ personæ sint, propter munus illud, & authoritatem quam sustinent, in luce, in meridiano sole versantur, & tanquã in publico theatro omnibus conspiciendi collocantur: vnde omnium oculi tã fixè in eos intenduntur, vt vel in abdi-

tissima eorum designata penitissime introspiciant: Quo magis solliciti Reges esse debeant, vt ne minimam in animis residere patiantur cogitationem, nisi quam palā aliquando aſseuerare haud erubescant: certo certius confidentes, Tempus veritatis parentem, filiolam suam stato tempore in lucem editurā: Hoc adeo vel in me ipso Rege, idq; Deo dante, sine aliquo dedecore frequens vsus, & experientia verum esse cōprobauit. Omnes enim vitæ meæ rationes ita subductas habui, ac si Deum continuum inspectorem haberem: intima mea quæque consilia, conatus, studia, ita perpendere, & appendere sum solitus, quasi ad aurificis staterā, nō popularem trutinā, forent aliquando reuocanda. Inter cætera verò mea secretiora, quæ nō cogitante me in vulgus prodierunt, illud meum Basilicon Doron, vnum est filio meo primogenito dicatū; quem librum partim ingenii mei exercendi, partim illum instituendi causa con-

conſcripſi, quem Deus immortalis, vti ſpero, huic ſolio, & ſceptro ſecundum a me iam ſucceſſorem deſtinauit. De materia autem ſubiecta circa quã verſatur, cum Regi ſoli propria ſit, vtpote quæ illum in officio erudiat; perſona autẽ, cui addicatur, Regius Hæres, cui in conſiliis ſecretum, in præceptis fidelem eum eſſe oporteat; nullo modo vel cõuenire, vel decere exiſtimaui, vt aut omnibus diuulgaretur, quod vnum ſolum attingeret, præſertim cum inter duos tam arctè coniunctos internuntium ageret; aut vt exẽplar illud, ad cuius imitationem etiam adultioris ætatis aditæque hæreditatis futuri mores effingendi eſſent, tam intempeſtiua feſtinatione omni populo quaſi proſtitueretur, in quo ſacrata futuræ felicis gubernationis myſteria reconderentur. Qua de cauſa, vt melius iſta in occulto laterẽt, ſeptem ſolummodo exẽpla excudi permiſi, impreſſore primum de ſilentio iurato: Hæc autẽ ſeptem, quibus

dam ex intimis meis distribui curaui, à quibus clanculum asseruarentur; vt si forte vel vetustate, vel temporis iniquitate quadam eorum intercidissent; aliquod saltem ex istis filio superstes remaneret cum animi mei candoris, tum paterni in illum amoris testimonium. Sed quoniam quod antea dixi, longè aliter, atque ego existimarem, liber iste, quasi hasta in foro posita omnibus venalis exponatur, & propterea vt oculis omnium ita etiam sermonibus, & iudiciis obnoxia, prout suus cuiusque affectus sibi dominatur: hinc fit, vt vel inuitus cogar, tam obtrectatorum quorundam maleuolentiæ resistendi gratia, qui vesparum instar ex quauis salutifera herba mortifera venena exsugunt quam probis & honestis satisfaciendi; si quid forte in eo minus rectè accipiant, cogar, inquam, nō solum vera huius libri exempla in publicum proferre sparsimque distribuere, quo facilius falsa illa & adulterina, longè, lateque,

que, vt audio, disseminata penitus è medio tollãtur; verumetiã in ista præfatione quædã enucleatius dicere, quæ ratione conscisæ & succinctæ breuitatis meæ minus rectè forsan intelligi potuissent.

Vt ergo paulo minutius ista pertractemus, duo præcipue in libro meo reperiũtur, quæ, vt audio, à maleuolis obtrectatoribus acrius exagitãtur: quosdam etiam ex honestioribus, ea haud satis candide interpretari: quorum vnum idque grauissimum est, nonnulla Enunciata mea magnam hominibus ansam præbere dubitãdi, me in illa Religionis sinceritate nonnihil vacillari, quam semper hactenus professus sum. Altera est, quod contra Angliam, seu potius nõnullos in eadem viros primarios videar apud me vindicias fouere: & Reginæ matris meæ querelã præfracte me velle persequi.

Prior calumnia omnium grauissima non alio nititur fundamento, quã

quod acerbius Puritanorum & praecipitum quorundam cōcionatorum mores & humores perſtrinxerim: qui magnae laudi ſibi ducunt, ſi quando ipſis Regibus litem intentant, & vniuerſa Regna nimis ſeditioſe perturbent. Alterum calumniae caput ex eo ortum habet, quod filio meo ſtrictè praeceperim, ne quid aduerſus parentes ſuos vel Regios proauos maledicti, vel ipſe audiat, vel alibi loquentes ferat: cuius rei argumentum ex mea ipſius experientia de Regina matre mea depromptum, in medium profero; vereque mihi videor affirmare, ex iis omnibus, qui modo regnante Regina matre prouectiores aetatis tum eſſent, me neminem inueniſſe, qui tanta cum fide & conſtātia res meas aduerſas exciperent, quātа ii qui in illam, dum viueret, inuiolatam fidem & obſeruantiam, ſartam tectam, ſemper conſeruarēt: ſed aduertat modo diligentius aequus lector, tam materiam, quam ordinē huius tracta-

tus,

tus & tum demum quanta me iniuria affecerit vtriusq; calumnia, facilè poterit iudicare. Liber verò meus exiguus, si in tria membra diuidatur, primum in sacris quomodo se gerat, & in religioso Diuini Numinis cultu Regem instruit. Quo quidem in loco meam de Deo & de religione sententiam ita clarè & dilucide omnibus exposui, eam nimirum innuẽs, in qua altus & educatus sum, cuiusq; ab incunabulis semper alumnus, & professor fuerim: filium etiam meum hortatus, vt in eadem persisteret, tanquam in illa, quæ nihil adumbratile, futile nihil, nihil admixtum, sed quæ solidam, viuã, & expressam Diuini cultus imaginem in se contineret: vt facile crediderim, me in illa prima parte tam apertam, & simplicem sequutum esse, & docẽdi, & dicendi viam, vt vel oblatranti seu maledicenti cuiuis subito os obstrueret, etsi vel ipse quidem Momus ab Inferis esset excitandus, nisi forte

memet mihi ipsi contrarium dixerint: quod in tam paruo volumine, ingenium debile, memoriam valde lubricam nimium argueret. Altera pars filium docet, quomodo in maximo illo munere suo in Iuris Iustitiæque administratione & Reipublicæ gubernatione se gerere debeat. Tertia & vltima mores Regis exteriores effingit, & format: rerum indifferentium doctrinam demõstrat: Qui modus, quæ ratio ineunda sit, vt exteriores suas actiones cum interioribus animi virtutibus iusta proportione & harmonia contẽperet: quomodo hæc vel interpretis vice fungi debeat, ad intima mentis sensa indaganda: præsertim eis, qui, nisi quatenus iis, quæ foris sunt, quæq; sensibus extra percipiuntur, quasi manu ducantur, vlterius dispicere prorsus nesciunt. Itaque si hoc solum agerent Præuaricatores mei, vt ipsum ordinem libri rationemq; procedendi paulò penitus considerent, prima illa, & grauissima reprehensio-

hęsione de Religione, cuius me falso insimulare volunt, satis abunde vel inuiti me liberabũt: cum in illa prima parte, quæ Religionis disquisitionem continet, tam planè & apertè loquutus sim. Aliis verò in locis quæ in Puritanos à me dicuntur, ea de inconcinnis & inconditis eorum moribus intelligi debẽt: quæ etiam ob eam causam in illa parte quæ de ciuili gubernatione tractat, liberius perstrinxi. Quodnam enim dignum istis supplicium cogitari poterit? qui, cum & Reges & Leges obstinate contemnunt, gigantum more cum Deo pugnant, & Solem è mundo tollere conantur. Iam verò, quod ad ipsum caput totius huius accusationis attinet, vt melioribus, & prudentioribus à me satisfiat, & ex iusta mea defensione contra omnes maleuolorũ impetus firma subsidia mihi vndiq; comparem, ipsa verba paulò altius repetã, quæ tantam illis bilem videntur commouere.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

Primum igitur ad Puritanorum nomen quod attinet, non me latet cognomentum hoc propriè, & præcipuè, vilissimæ illi Anabaptistarum sectæ accommodari, quam Familiam amoris vulgo nuncupant: propterea quod hi solos sese ab omni peccato quasi puros putos æstimare solent: se solos veram Ecclesiam eße, vera Sacramenta dignè & merito participare, reliquos omnes mortales Deum, tanquam impios & prophanos abominari. De hac præcipuè secta intelligi volo, quæ de Puritanis loquor: quorum nonnulli, vt Brunus, Penreus, aliique, aliquoties in Scotiam aduentarunt, vt infelix illud Lolium nostris frugibus intersererent: quorum doctrinæ tam pestiferi satus, vtinam in ipsa herba oppressi fuissent, nec tam magna malorum messis ab eorum colonis expectanda eßet, qualem iam in spica, suo tempore nimis vberem futuram promittunt. Hoc autem cognomento ideo cerebrosos istiusmodi

con-

concionatores phanaticos eorum di-
ſcipulos, & pediſſequos inſignire volui,
quia cum ipſum nomen auerſantur,
eadem tamen cum illis dogmata, ean-
dem diſciplinam pertinaciſſime pro-
pugnant, nec in genere ſolum illi Ana-
baptiſtarum hæreſi aſtipulantur, dum
ciuilem magiſtratum deſpicatui ha-
bent, & à ſuis ipſorum inſomniis & re-
uelationibus toti pendeant, ſed multo
etiam propius in hanc ſectam ſeſe de-
dunt, in eo quod cæteros omnes, qui in
eorum phantaſmata iurare nolint, pro
prophanis deputẽt: nec minores tragœ-
dias in quibuſuis Eccleſiaſticæ politiæ
minutiis concitant, quam ſi de Trini
Numinis ὑποστάσει digladiarentur: ſa-
cras literas ipſorum conſcientiis, non
conſcientias ſacris literis aptant, & ac-
commodant: hæc eorum Axiomata
qui inficiatur, ſit tibi Ethnicus, & Pu-
blicanus, indign⁹ prorſus qui commu-
ni elemento, nedum diuino ſacramen-
to gaudere debeat. Rex, populus, leges,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

omnia collabantur, & corruant potius, quam aliquod ex ipsorum consectariis infringatur: imò verò si ita occasio tulerit, non solũ contra Christianos Principes, inquiunt, arma sumere non prohibemur, sed ne precibus quidem nostris Deo commendandi sunt. Nam Deum orare cum fide coniunctum esse oportet: diuinitus autem eorum conscientiis reuelatum habent, pro huiusmodi Principibus Deum exorari nolle: Iudicium ergo penes te esto, qui hæc lectitas, si istiusmodi hominibus iniuriã facio, quum eos illius sectæ nomine insignio, cuius errores imitantur: cur enim quorum insignia gestant, eorum nomen, & appellationem dedignẽtur? Atq; ex isto genere hominum sunt ii, in quos in libro meo vehemẽtius inuehor, quos etiam à filio m̃eo seuerius cohiberi cupio. si quando legibus obtemperare recusent, & turbidos in populo motus concitare non desinant: contra istos fateor me acerbi⁹ inuectum eße: propter-

ea

ea quod nõnulli eorum famosos quosdam libellos calumniæ, & maledicentiæ plenissimos, invulgus ediderunt. Quibus non tam principum Christianorum nominis splendori, & famæ, labecula aspersa est, sed ipsi etiam Religioni, quam profitemur, nota quædam infamiæ inusta. sub cuius prætextu, & velo ea in lucem prodierunt: Quæ scripta a nullis aliis, quod sciam, quam à Pontificiis refutari video: istorum autem is mos vt plurimum inualuit, vt non tam ipsos scripturientes laceßant, quam ipsam potius Religionem ex professo oppugnent: quo pacto augeri, non auferri probrum videmus. Iam verò ex altera parte profiteor, protestorque per illam nominis mei existimationẽ, quam apud omnes bonos illæsam seruare cupio, me de omnib⁹ vniuersim prædicatoribus minimè sensisse: ne de illis quidem, quibus simplex illa Ecclesiæ nostræ gubernandæ forma magis placeat, quã multiplices illæ Ecclesiæ An-

glicanæ ceremoniæ: quibus persua-
sum est Episcopos illos papalem quan-
dam olere potestatem, superpellitium,
pileum quadratum, aliaque eius ge-
neris exteriora, Pontificiorum erro-
rum esse insignia. Minime gen-
tium: Imò tantum abest vt in istis re-
bus, quas indifferentes semper putaui,
contentiosus esse velim, vt sine dis-
crimine vtriusque opinionis sectato-
res, graues dico, & doctos viros, & a-
mem, & magni faciam: neque mi-
hi conuenire arbitror in tam veteri
controuersia tam facilè sententiam
dicere. Omnes nos, Deo sit gloria, vna
& eadem posuimus fundamenta: sed
nimia quorundam in istis quæstiuncu-
lis disceptandis amarulentia, valde pa-
cem Ecclesiæ perturbauit, & ipsis pon-
tificiis ad nos oppugnandos ex nostris
dissidiis aditum, & viam præmuniuit.
Istis autem hæc mea sit cautio, vt le-
ge repugnante intra suarum opinio-
num septa modestè, & sobriè sese con-
tine-

tineant: neque authoritati resistatur, nec patrius mos temere repudietur: præcipuè verò ab omni seditione & factiosa iudiciorum distractione penitus abhorreant: animasque in pace possidentes, in id sedulo incumbant, vt patientia & bene fundatis rationibus vel alios ad suas partes pertrahant, vel si ex altera parte rationum momēta præponderare videant, in illas inclinare partes turpe non putent, omni præiudicata opinione longe remota.

Atque istuc solum præ se ferre librū meum, non vllam alioqui in me frigidam, lentam, aut nimis remissam religionem, ille locus planè demonstrat; in quo, postquam næuos, & maculas Ecclesiæ nostræ quasi adumbrassem, tum filium meum ad munificentiam & benignitatem versus verbi ministros exercendam excitare studeo: Ibidem etiam à me gratiæ Deo aguntur, quod in præsentiarum istorum bonorum & prudentum virorum satis magnus

numerus in hoc Regno reperiatur: (quibustamen, vt omnibus constat, Ecclesiæ Anglicanæ forma haud parũ displicet) imò verò tantum abest, vt in eo loco aliqua inquinamenta in religione admittam, vt filium commonefaciam, ad quam maximam curam & diligentiam in ministrorum ordinatione adhibendam, ne forte in ecclesiã aliqua corruptela irrepere possit. Atq; hanc etiam formam per integrum librum vsurpare soleo, vt quandocunq; de malis ministris sermonem habeam, aliquos tantum è ministris speciatim denotem, non vniuersim ministros in hoc crimen vocem. Denique vt hoc de Religione caput concludam: cur vel tepidum, vel irresolutum, & vacillantem in religione quispiam Momus *me nuncupauerit, quia de matrimonio filii loquutus, si forte ante illud tempus mihi quid humanitus contigerit, filiũ meum præmonitum velim eorum incommodorũ, quæ necessario consequu-*

tura

tura essent, si uxorem duceret, quæ discrepantem profiteretur religionem: Quanquam nescio quomodo in tanta paucitate Principum protestantium, difficile factu erit, ex illo numero aptũ & commodum suo loco & ordini inuenire coniugium.

Alterum vero accusationis caput est, quod in quibusdam huiusce libri pagellis certam vindictam, & apertas inimicitias contra Angliam, aut aliquos in ea viros primarios spirare videar. in quo satis mirari nequeo ex quibus præmissis ista conclusio inferatur: etenim sicuti ex vna parte ne primis quidem lineamentis Angliam in eo loco adumbraui: ita ex altera parte Scotos suis quasi coloribus penicillo depinxi: hisce autem verbis argumentũ concludo: me nimirum amore quodam in filium eò prouectum esse, vt ita aperte, & sine ambage loquar: dummodo enim illi veram animi sententiam, sincere & sine omni fuco depromam, quid

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

isti proditores, aut proditorum patroni de me existiment nihili æstimo. Anglos autem significari non potuisse ex eo perspicuum est: Quomodo enim proditores in eum nuncupari potuerunt, cui nullum obsequium, nullam fidelitatem aut obseruantiam debuerũt? neq; me latet, quã scitum, & Principe dignũ Apophthegma Angliæ Regina iam tum protulerit, quum diademate suo & corona cingeretur: sed ex scopo illius disquisitionis facilè manifestari mens mea potuit, illo præcepto filio meo fundata, ne videlicet aliqua in progenitores verba iniuriosa proferri vnquam pateretur: illo exemplo Reginæ matris meæ adhibito, in eum solummodo finem, vt argumentum meæ experientiæ quoad Scotos esset, nulla omnino vindictæ facta mentione. Neque vero Regis, quum debitum nomen delictis indunt, ideo statim delinquentibus veniam præscindunt. Imò verò me matri meæ

vno

vno gradu propinquiorem filio ſcio, neque tamen vel me ita indignum reputo, vel ita morti vicinum autumo, vt Dauidicum iam mihi teſtamentum condendum ſit; ſemperque veri principis eſſe exiſtimaui, haſta potius, quam penna, gladio quam ſtilo iuſtam ſuam vindictam exprimere debere. Sed in hiſce prolixior eſſe nolo: id ſolum cupio, vt homines ex præteritis meis actionibus futura diuinare, & præſagire non dubitent.

Atque hæc haſtenus de duorum iſtorum capitum dilucida explicatione: in qua eò diutius inſiſtere volui, quoad omnibus bonis plenè abundeque ſatisfactum ſit: neque iſtos maleuolos obtrectatores quicquam moror, qui venenata illa ſuæ maleuolentiæ eſca quantum velint paſcantur; te autem, amice lector, rogatum velim, vt candidè meam in hoc libro animi ſententiam interpretari velis. Neque me latet maximam partem inco-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

larum huius inſulæ valde curioſe in eum inquiſiuiſſe: nonnulli amore forſan ducti, utpote qui de meliore nota me cognouiſſent: alii fama quadam quã de me ſparſam inaudiuerant, auebant aliquid videre, & legere, quod ab illo authore, quem ipſi ita amarent & colerent proficiſceretur: præſertim quum viuæ quædam Ideæ & ſimulachra mẽtis authoris ipſius libri haberi ſoleant. Quidam nouitate pellecti, qui omnia indagare honori ſibi ducunt, appetentius huius libri aſpectu oculos ſuos ſatiare concupiuerunt; ut ſaltem ſeſe vidiſſe aliquando gloriari poſſent. Alii deniq; iniuſta nimis inuidia in ipſum authorem exæſtuantes, auide huic libro inhiarunt: qui ita ſeſe κακοστωμάχους eſſe deprehenderunt, ut ſalutaria quæque alimenta in noxios & peccantes humores facile conuerterent. Vnde fuit, ut ex hoc tanto curioſorum concurſu, licèt alias inter ſeſe & moribus, & humoribus valde diſcrepent, intem-

peſtiua

pestiua hæc & planè coacta libri mei prodierit editio, animo & voluntati meæ, vt iam antea dixi, valde contraria. Cui quidem, tam diuersorum capitum spectatorum Hydrę quem apponam clipeum nō reperio: præter quam simplicitatem, patientiam, integritatem: simplicitatem, dum primæ classis aduersariis satisfacio: patiētiam, dum secundæ ignorantiis indulgeo: integritatem, dum tertiæ classis maleuolentiam in certamen prouoco. Et quanquā vniuersis placere nequeam, mihi tamē satis sit si bonis & probis mea probare possim: quorum si forte aliquibus, etiā mea haud satis expectationi respondeant, & ipsius materiæ subiectæ dignitati; eos tamen etiam atque etiam admonitos velim, vt modestiæ ad tempus & æquioribus cogitationibus vacare studeant; atque in memoriam reuocent, Deum Immortalem non vni homini omnes suas dotes indidisse, sed alias aliis variè, & proportione quadam dis-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

tribuisse: plures oculos plura videre: eamque in hominum mentibus insidere varietatem opinionum, vt Quot capita, tot sensus. *Id quod etiam ipsi hominum vultus, & facies quas Natura diuino beneficio in lucem procrearit, manifeste demonstrant: in quibus etiam in ipsis lineamentis, in vmbris & eminentiis magnam varietatem, seu discrepantiam potius videre est. Neque sanè, vt verè dicam quod sentio, in animo meo vnquam fuerat, in hisce rebus pertractandis, omnia, quacunque vel ex selectioribus scriptoribus, vel ex meo ipsius ingenio, & experientia ad perfecti Regis informationem depromi potuissent, in medium afferre, sed quadam solummodo pracepta ad huius Regni administrationem filio meo inculcare, ea videlicet, quæ & illi instituendo accõmodatiora, & me institutore digniora videri possent.*

Quod si in opere isto nonnunquam

ad ni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

ad nimis particularia descenderim, id materiæ subiectæ necessitati tribuatur: Qui vt principem confuse tantum & in genere informarem, non ideo hanc telam pertexui; sed vt singula quæque etiam minutissima præcepta filio meo enuclearem: ex quibus tanta vtilitas percipi non potuisset, si latiore tantum specie, & non ad amussim cum Regni morbos, tum ipsorum remedia vndiquaque conquisita exhibuissem. Mihi autem vt Regi hoc magis conuenit, quàm alteri qui θεωρίαν & πρᾶξιν istorum depictius forsan exprimere didicerim, quàm quiuis istorum è schola, qui Regnorum Ideas tantum sibi nescioquas in animis effinxerunt.

Quod si quibusdam in locis videar obscurior, id breuitati dictionis tribuendum est: ad quam cum mei ipsius ratione, tum filii mei causa vel inuitus impellebar: mei ipsius, propter otii temporisque angustias, & infinitas occu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

pationes meas, quibus ita assiduè distinebar, vt nemo mearum rerum tam insolens esse posset, si modo vel tātillum de me audierit, cui magna illa oneris mei moles, laborumque molestia non innotuerint: filii mei causa, vel quia ex me ipso compertum habeo, Principem, quam diu in ætatis flore constitutus sit, aliquo tempore oblectamenti genere tam facile abduci solere, vt maiusculi alicuius voluminis lectioni serio vacare nequeat. Sumpta verò iam virili toga, in illam partem muneris sui, quæ in agendo consistit, ita eum intentum esse oportet, vt multas horas in commentando collocare minime ei concedatur: adeo vt neque illi conduceret, neque in me vel cadere posset, lōgior disquisitio. Nonnullis autem curiosis parum me debere profiteor, qui vt videtur, iusto hæc longiora deputātes, cum eis ad transcribendum, neque otium, neque tempus suppeteret, notulas quasdam è libro meo eduxerunt, & nimia

nimia festinatione, dum dimidiatam argumenti partem arriperent, alteram plane prætererunt. Haud illi dissimiles, qui cum illam partem Psalmi, Nō est Deus, *in medium proferret, præcedentia verba, nimirum,* Dixit insipiens in corde suo, *penitus omisit. Ex istis autem notulis opusculum quoddā consarcinatum est sine ordine, sine materia subiecta. Inscriptio etiam indita:* Regis Testamentum *nuncupatur: Quasi vero duobus illis in sacris literis Testamentis tertium ego ex meo agglutinare voluissem. Id inficias non eo quodam in loco, vbi vehementius asseuerando quædam filio meo persuadere cupio, meipsum tanquam in vltimo meo Testamento loquentem introduco. Cum enim quispiam animi sui sententiam in scriptis posteritati reliquerit, quia scripta illa authoribus suis magis longæua solent esse, ideo Testamentum illud, seu Vltima voluntas illius scribentis non abs re dici poterit;*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

atque hac etiam ratione eodem in loco ipse hunc librum, non Testamentum, sed quasi Testamẽtum appellare volui. Quod si quis librum aliquem, a quouis argumento in eo contento, inscribere velit, non minus ridiculum hoc foret, quam si quis librum Psalmorum, Dixit insipiens, *nũcupauerit, quia vnus vel alter Psalmus ab hisce verbis exordiũ sumat.*

Sed nunc nouos istos alienorum librorum Nomenclatores, vnâque eorũ ineptias, & vanitates missas faciens, ad rem redeo: deque libri mei breuitate pauca attexam; veritus nimirum, ne, quæcunque in huius rei defensione à me dicantur, quibusdam tamen è vicinis nostris regionibus vix, aut ne vix quidem satisfacere valeant. Qui cum omnia gubernationis nostræ non mala solum, sed & remedia eorum in libro isto minutissime à me pertractantur, tamen aliquod etiam à me expectarunt amplius, quod nutantem

& vacillantem, nõ dico labefactatum eorum statum penitus perstringeret. In quo facilius, vti spero, mihi ignoscent, si formam ipsam, quam in istis sequutus sum, paulo altius perpendãt. Nam quum hic solum ex mea ipsius experientia filium erudierim, quæ potissimum administrationis forma huic Regno conduceret, in vna autem parte de finibus loquutus, ibi cum excusatione quadam plane præ me tuli, me nihil de statu Angliæ dicturum, cuius me inexpertum ingenue professus sum: Illud certè me latêre non potest, nulla Regna suis morbis & vitiis carere: quam multum etiam mea intersit, secundus vel aduersus illius Regni successus: nam & me tacente, propinquitas sanguinis pro me palam loquitur: verum enimuero quum ibi iam legitima præsideat Regina, quæ per tot annos tam prudenter & prospere regna sua administrarit, vt vere mihi videar dicere, post Augusti Imperatoris Romani tempora, nulla vel

vetusta, vel præsentia secula huic produxisse parem: minime me decere existimaui illi scientia & experientia lõgè inferiorem, in aliena republica curiosum esse, aut in alienis piscinis piscari, quod vetus est. Quin contra potius, Deo fauente, diuinum illud præceptũ semper obseruaturum me spero, vt aliis id faciam, quod mihi ipsi fieri cupiam: neque dubitem prorsus, imò verò ex præteritæ felicis gubernationis experientia edoctus, pro illa fidenter stipulari ausim, neminem, è subditis suis tam vigilanter in eam partem excubaturũ, nequid vitii, aut morum labeculæ in illam Imperii formam irrepserit, quin illa ipsa, dignitatis & conscientiæ suæ sarta tectæ conseruandæ gratia, multo flagrantiore desiderio exarserit, omnes illas sordes expurgandi, & rempublicã pristino suo nitori restituendi: vlterius autem, vt illa superstite, ego me hisce rebus ingeram, nemo est omnium, cui minus conueniat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

Atq; hæc hactenus postquam omnes illas difficultates, quæ operi huic incõmodare potuissent, procul amouerim, id solum iam superest, vt te, beneuole lector, rogatum velim, vt non tam ingenio meo exclusum hũc fœtum, velut opus vndiq; perfectum, & omnibus suis numeris absolutum respicias, quin multo magis ipsius authoris candorem atque integritatem amplexeris. Quod ad me attinet, in illo solum gloriari me posse videor, me nullam virtuti maculam aspersisse, nihil etiam laudis alicui vitio affinxisse. Quod si fortè non ita splendide, vti par fuit, suis ornamentis condecoretur, eum tamen apta omniũ membrorum compositione esse, nihil monstrosi, nihil deformitatis, in eo inueneris. Quum autem primo in occulto scriptum lateret, nunc verò necessitate quadam, non ambitione in publicum prodierit, ita eum ab omnibus accipi velim, tanquam viuam & veram animi mei imaginem: eamque admi-

nistrandi formam, quam mihi, & meis in posterum præscripserim imitãdam. Quam, vt in omnibus actionibus meis hactenus pro viribus exprimere contẽdi, quatenus & muneris mei ratio, & temporis conditio pateretur: ita etiam repræsentationem quandam in se continet illius rei, quæ a me deinceps expectari debeat, & cui obseruandæ etiã in intimis meis cogitationibus memet in futurũ astrinxerim. Atq; hac firma fiducia fretus, Deum Immortalem qui vnà cum vita & regno hanc etiã mihi mẽtem indiderit, dignaturum eam in dies magis magisq; augendo in me & in posteris meis perpetuare, quod in conscientiæ rectæ consolationem, dignitatis & famæ incrementum, bonique publici conseruationem cedere possit, te etiam, atque etiam valere iubeo.

DE



DE CHRISTIANO REGIS IN DEVM OFFICIO,

Liber Primus.



Vemadmodum indigꝰ omni prorſus Imperio iudicandus eſt is, qui ſuis propriis affectibus dominari, illamq; animi partem ratione carentem cohibere neſciat: ita neq; dignꝰ quiſpiam cenſendus eſt, qui Chriſtianam gentem religioſa Dei obſeruantia excultam regat & gubernet, qui non ipſe totus, quantus quantus eſt, diuinum illud numen ex animo colat & reuereatur. Neq; verò quidquam, quantumuis ela- *Verum rectæ gubernationis fundamẽtum.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

boratum, recte illi & è gubernaculis succedere poterit, veluti ab impuro fonte scaturiens, cum ipsius persona profanis quibusdam inquinamētis polluatur. Etenim vt verè cecinit Regius Propheta, *Nisi Dominus domum exædificauerit, frustra nitendo sudant qui ædificant eam: nisi Dominus ciuitati excubauerit, irritus, & incassum cedit omnis vigilum labor:* cui summam & felicem manum imponere diuina sola benedictio potest. *Inserere quidem Paulo liceat. Apollo irrigare, à Deo tamen solo omnis pendet propagatio.* Tu ergo, mi fili, hisce inprimis disciplinis te imbuas, vt Deum illum & scire, & colere addiscas, cui duplici nomine obstrict⁹ teneris. Primò, quod te hominem crearit; tum quod semideum, tribunali suo insidentem, aliisque præsidentem dominatorem sibimetipsi te surrogarit; meminerisq; te tanto cæteris magis grata animi significa-

Psal. 127.1.

1. Cor. 3.6.

Principis in Deum obligatio duplex.

tione

tione hoc illi acceptum referre debere, quanto te aliis in sublimiorem dignitatis gradum euexerit. Quod in alieno oculo festucam quis dixerit, ingentem trabem in tuo esse oportet: Næuus in alieno corpore, vlcus erit in tuo: quod in reliquis *veniale peccatum* Pontificii nuncupãt, tibi pro capitali crimine deputabitur. Absit ergo vt existimes gradus eminentiam imminuere delicti atrocitatem, nedum afferre peccandi authoritatem: sed contra potius eô maiorem in modum augetur pecca- ti grauitas, quô celsior hãbetur personæ dignitas. Quicquid erit in quo tu offenderis, non id simplex peccatum aut vni⁹ hominis prolapsio est, sed tuo exemplo per vniuersos ea culpa sese diffundit & quasi propagatur. Tibi igitur in mentem veniat, fulgentem hanc & splendidam mũdi gloriam, nõ aliam ob causam Regibus à Deo cælitus transfusam, quã

In Principe delictum grauius quã in cæteris.

Vera Regis gloria.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

vt ii tanto magis prę cæteris in omni ſanctimonia & iuſtitia quaſi radiare contendant: vt ipſi tanquam ardentes virtutis & pietatis faces reliquis omnibus præluceant: quorum lumine in omni vitæ curſu ſuorum ciuium veſtigia colluſtrentur. Memineris etiam, ex vera illa cognitione, & timore Dei, quem *initiũ ſapien-*
Prou. 9. 10. *tiæ Sapiens* dixit, omnia tibi eluceſcent, quæ ad muneris tui executionem ſpectare videbuntur, ſiue te vt Regem, ſeu vt Chriſtianum reſpicias: In quo vno tanquam in ſpeculo rerum humanarum progreſſus & exitus videris: quarum ille ſolus fons & primus motor exiſtit. Iam verò
Dei cognitio vnde petẽda. vnica illa via, qua ad hanc cognitionem perducaris, eſt aſſidua verbi Diuini commentatio: cuius verus & genuinus ſenſus obnixe à Deo precibus petendus eſt. *Scrutamini*
Ioh. 5. 39. *ſcripturas* (inquit Chriſtus) *illæ enim de me teſtimonium perhibent. Vniuerſæ*

uersa autem scriptura (inquit Paulus) 2. Tim.
per inspirationem data est, & ad do- 3.16.17.
*cendum, arguendum, corrigendum,
instruendum in omni sanctimonia
vtilis est, vt homo Dei ad omne opus
bonum perfectus reddatur.* Quos
autem omnium propius attingit sa-
crarum literarum lectio, quam ipsos
Reges? Siquidem in illa scripturæ
parte quæ præstantissimorum illo-
rum Regum qui populo Israelitico Deut.
præficiebantur, primam mentio- 17.
nem facit, non tam illis suaderi,
quàm præcipi potius expresse vi-
demus, vt legis diuinæ lectioni &
meditationi seduli inuigilarent.
Huic addo sollicitam in audiendo
sacram doctrinam assiduitatem cum
attentione, & reuerentia: *fides enim*
ex auditu, vt idem ait Apostolus. In- Rom. 10.17.
primis autem cauendum tibi est, ne
diuina hæc oracula ad tuum arbitri-
um detorqueas, id quod nimis mul-
ti faciunt: neve, vt ex campana soni-

tum, ita ex verbo Dei ſenſum quemcunque ipſe velis, elicias; ſed contra potius omnes tuos affectus ad illam normam accuratè effingas & efformes, quam in illo verbo præſcriptã videris.

In quibus cōſtat ſcriptura ſacra.

Vniuerſa Scriptura in duab⁹ potiſſimum rebus verſatur: in præcipiendo & prohibendo; in hoc vel illud faciendo, fugiendoque contrarium. Vtrunq; hoc rite tenendum eſt. Neque ſatis tibi putes a malo abſtinere, & nihil efficere boni, neque benefactorum quorundam prętextu impunitatem etiam multa malefaciendi tibi cōceſſam eſſe exiſtimes. Atq; vt in illis duobus prædictis tota ſcriptura poſita eſt: Ita etiam duo grad⁹

Cultus diuini gradus duo.

ſunt illius cultus, qui Deo ab hominibus debetur. Interior, qui aſcendit, exterior, qui deſcendit: prior ille in oratione, & fide erga Deum cōſiſtit; alter in actionibus ab illo fonte profluentibus: Hoc autem nihil aliud

eſt

est, quàm rectus in Deum Religionis vsus & versus proximos iustitiæ & ę-quabilitatis.

Ad particularia quæque de Religione latius amplificando vt descendam, necesse non habeo: absit omnis & dicto, & facto simulatio, & dissimulatio: quam ego tibi non leuiter pressi viam, hãc sequere, & tuã ipsius, in qua altus & educatus es, institutionem. Nũquam me puduit palam profiteri, quid de Deo sentiã; quantumuis maledicæ quorundam linguæ me huius vitii falso insimularint. Et nisi mihi mea conscientia certò persuasisset, Religionem illã, quam in Scotia iam profitemur, ipsis expressis, etiam conceptis scripturæ verbis fundatam esse, (sine qua non minus omnis Religio futilis & superuacanea, quàm quæ contra eam sit penitus abominanda) vt ego eiusdẽ publicus assertor existerem, nunquã cuiusquam mortalium vel amor,

Exemplar ad imitãdum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

vel timor mihi in animũ induxiſſet.

De ęquabilitate autem, quoniam id ſecundæ huius libri parti, quæ de Regis officio tractat, erit accommodatius, ſuo loco diſcutiendum relinquo.

Ad primam igitur partem hominis erga Deum cultus quod attinet, quam *Religionem* dixi, nihil aliud eſt, quam Dei cultus ex manifeſta & reuelata eius voluntate prę{ſ}criptus: is nõ alio quàm ſacrarum literarum fundamento nititur, à vera fide animatus, à recta conſcientia conſeruatus. De ſacris literis iam dixi in genere: ſed vt cuiuſlibet earum partis meliorem & faciliorem delectũ habere poſſis, ſeu conſolari ſeu erudire te velis, breuem hunc ordinem ſectare.

Religio quid.

Tota Scriptura ſacra Diuino dictata Spiritu, tanquam viua Dei verbum militanti Eccleſiæ vſque ad cõſummationem mundi normam & diſci-

Scriptura methodus.

diſciplinam ſtatuit. Ea duabus partibus conſtat, Veteri & Nouo Teſtamento: Illius fundamentum Lex eſt, quę peccatum demonſtrans, Iuſtitiam cõtinet. Huius fundamentũ Chriſtus eſt, qui peccanti ignoſcẽs, gratiam confert.

Summa autem totius Legis ſunt *Decem præcepta*, fuſius in libris Moſaicis dilatata, à Prophetis expli ata, nobiſque aptata. Hiſtoriæ etiam ſacræ obedientiæ & contumaciæ exempla nobis exhibent, quod *præmium*, quę pœna vtriq; à Deo deſtinetur. Sed quum nemo mortalium, vnquam vel legem integram, vel aliquã eiuſdem particulã ritè tenere poſſet; Deo immortali ꝓ ſua immẽſa ſapiẽtia bonitateq; viſum eſt, vt vnigenitus filius ſuus nobiſcum in vnã carnem coaleſceret, qui diuinæ iuſtitiæ ſatisfaciens, pro nobis paſſus, noſtra peccata expiaret; vt cũ benefaciẽdo ſalui eſſe non poſſemus, ſaltem rectè Lex.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

credendo incolumes euaderemus.

Ex isto igitur fonte verbi Gratiæ, quadripartitam illam Historiam tãquam varios riuulos, nimirum de *Ortu, Vita* & *Morte, Resuscitatione,* & *Ascensu Christi* diduci videmus: cuius copiosior explicatio, vsusq; vberior ex Apostolorũ Epistolis petendus est. Tum verò experientiam vitamque communem, cum credẽtium, tum incredulorum, vnaque historiam de ipsis incunabulis progressuq; Ecclesiæ, ipsorum Acta delineant.

Euangelium.

Num igitur ex lege delicta tua agnoscere cupis? Mosaicos libros euoluito: num in istos etiam cõmentarios postulas? ipsa Prophetarum, *Prouerbiorum* & *Ecclesiastis*, ab illo sapientiæ Oraculo Salomone scripta, volumina perlegito: quæ non solum te erudiant quomodo Legi diuinæ obtemperandum sit: verum etiam tam multa ibi aurea, tantamq;

Legis vsus.

mora-

moralium prçceptorum ad omnem quotidianæ vitæ vſum ſpectantium inuenies copiam, vt in vniuerſa illa Philoſophorum & Poetarum turba, nuſquam tam diuitem ſolidæ ſapiẽtiæ ſupellectilem reperire poteris, quæ ita voluntati & ſapientiæ diuinæ concinat. An verò bonorum præmia, impiorum ſupplicia, tibi ob oculos poni deſideras? En tibi Hiſtorica illa *Moſis, Ioſuæ, Iudicum, Ezræ, Nehemiah, Eſtheris, Iobi*, præ aliis verò illos *Regum & Chronicorũ* libros familiares tibi volo. In quibus tanquam in ſpeculo teipſum in numerum proborum vel improborũ Regum relatum videris. Num doctrinam, vitam & obitum noſtri Seruatoris ediſcere expetis? Euangeliſtas lectita. Num ex ipſius ſchola doctus, & eductus diſcipulus prodire cupis? Apoſtolorum Epiſtolas meditare. Illius verò doctrinæ vſum & exercitationem in primæuæ Ec-

Euangelii vſus.

clesię hominibus obſeruare poſtulas? Apoſtolorum Acta ſubducito. Nam Apocryphorum libros miſſos facio, quum me Pontificium eſſe plane abnegem: & vt verè dicam, nonnulla iſtorum ſcripta, ab illo Spiritus Diuini ſtilo plurimum diſſident.

Sacræ literæ quomodo legēdæ.

Sacra verò ſcriptura non illotis, quod dicitur manibus, ſed caſto, puro, & ſincero animo legenda eſt. Quæ in ea obſcuriora ſunt, humilis admirare; nec illius obſcuritatem potius, quam ingenii tui imbecillitatem incuſa; faciliora iucunde arripias, difficiliora ſtudioſe inueſtiges; ipſum textum ad vnguem teneas: ſui enim optima interpres Scriptura eſt. Nec verò nimis curioſe inquirendum in ea, quæ expreſſo verbo non continentur: inciuilis hæc arrogantia eſt, extra præſcriptos cancellos euagari, & penitus quam par eſt, in Dei arcana penetrare:

re: Namque nos scire oportuit, ea omnia in sacris literis nobis patefecit: huiusmodi autem loca legenda tibi seligas, quę muneris tui functionem maximè videntur attingere: futiles verò de Genealogiis contentiones reiice: *inanes* enim & *inutiles* suut. Tit. 3. 9

Nunc verò ad Fidem quod attinet, quam *Religionis altricem* & *nutriculam* iam antea dixi: Ea nihil aliud est, quam firma persuasio, certaque diuinorum promissorum apprehensio nostris mentibus accommodata, vt non immerito aurea illa catena nuncupari possit, qua anima fidens Christo connectatur. Hęc autem cum domi nobis non nascatur, sed *à Deo gratuito conceditur*, vt idem ait Apostolus, oratione eam nutricari oportet; quam amicum cum Deo colloquium rectè dicere possumus.

Fides religionis nutricula

Phil 1. 29.

De modo autem Deo supplicãdi,

Optima precandi forma.

vt aliquid etiam à me accipias, post primariam illam Seruatoris nostri precandi formam, quę sola provera orandi norma nobis præscribitur, proximè diuinas illas Dauidis cātiones, vti optimum, cum magistrum, tum familiarem, tibi asciscas: vnde tanquam ex diuite vena puroque fonte omnes illas supplicationum formulas abunde hauseris, quæ vel ad necessitatem, vel ad consolationē tuam facere videbūtur. Tibi autem hęc Principi multo magis quàm cuiuis è populo conuenient: propterea quod à Rege authore cum dimanarint, quidni & Regios defectus Rex optime cognorit, & ad eos supplendos, Regia a Deo postulata prout necessitas tulerit, quā aptissimè accommodarit?

Varii orandi modi. Frequenti & solitariæ supplicationi assuescas: quod quotiescunque à te aliâs fieri soleat, tum pręcipue in lecto negligendum non est. Nam & publi-

publicas plerumque preces nō tam priuato ſupplicantis fructu, quàm exemplo potius metiri ſolemus.

In orando neque præter modum verecundum, neque etiam rudē nimis in Deum eſſe oportet: Illud imperitum vulgus hominum faciunt, qui ſolum ex commentario ſapiunt: hoc futiles iſti Phariſæi Puritani, qui ſi digitis ſemel cōcrepuerint, ſtatim verbo & nutu Deo imponere volunt: ex illo, neſcio quæ verſus Deū ingrata frigiditas, ex iſto planè contemtus eius tibi innaſcetur: Quum verò Deo ſupplicaueris, omnis debita reuerentia adhibenda eſt. Etenim ſi ſubdit⁹ Regem ſuum, niſi humiliter, interpellare non auſit, quāto minus omnipotentem Deum tāquam congerronem ſuum mortalis quiſpiam compellare præſumat?

Supplicātibus quæ norma ſequēda.

Precibus à Deo non ſpiritualia tantum, ſed & temporalia petenda ſunt, ſiue magni ſiue exigui ea mo-

Quæ à Deo petenda.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

menti fuerint: quę ſemel impetrata, ſalua cuſtodia apud te reponantur: cum ad fidem tuam confirmandam, tum vt illius in te amoris in poſterum arrabonis loco eſſe poſſit; vt propenſior fuerit mens tua, ita precare *pro re nata*. Cauendum tamen eſt ne cum licitis illicita commiſceas, vt vindictam, libidinem & id genus alia: nam iſtiuſmodi precatio à fide non eſt: *Quicquid autem ſine fide fit, peccatum eſt.*

Rom. 14.23.

De ſucceſſu precũ quid ſentiẽdum.

Si quid impetraueris, alacris gratias agito; ſin minus, patienter ſufferto: & vt vidua illa iniquum Iudicem, ita tu tanto magis importune Deum vrgeto. Quod ſi ne adhuc quidem exaudiare, certo tibi polli- (Luc. 18.) cere, Deum facilè proſpicere, in rem tuam hoc non ceſſurum, quod petieris: atque inde tempeſtiue addiſcas, quicquid tibi à Deo aduerſi immiſſum ſit, in hanc partem interpretari. Quo pacto non ſolum

in

in medio malorum tuorum patientia armatus incedes, sed alacris etiam atque erectus à præsenti calamitate oculos attolles ad felicem illum successum, quem tibi Deus daturus est. Cum autem hoc semel experientiâ compertum habeas, simili te patientia in proximam calamitatem armari oportet; certo tibi pollicendo, quod quamuis ingruente tempestate per densissimam nubem dispicere non possis, postea tamen, dispulsa iam nubecula, facile apparebit, etiam in hoc, vt in illo superiore, optimè à Deo tibi cõsultum fuisse.

De conscientia autem, quam *Religionis conseruatricem* appellaui, Ea nihil aliud est, quam ipsum scientiæ lumen homini à Deo ingeneratum, quæ ita continuas in singulas actiones nostras excubias agit, vt læto, & iucundo testimonio exuscitentur, qui benefecerunt, è contra

Cõscientia. Religionis conseruatrix.

verò furiis & tædis ardentibus perpetuo exagitentur, qui peccarunt. Et ſanè vt magnum hoc conſcientiæ tormentum impiis eſt; ita nõ minus bonis & piis ſolamen exiſtit, ſi ritè conſideretur. Quam magnum enim hoc priuilegium eſt, quod dum in vita ſumus, ſemper nobiſcum intus circumferamus librum rationum, ſeu inuentarium omnium eorum criminum, quę vel in ipſa hora mortis, vel in vltimi iudicii die nobis intentanda ſunt? quæ cum velimus vel oſcitantes nos interpellabit, vel oblitis memoriam refricabit, vt dum ocium, tempuſque erit ad reſipiſcentiam conuertamur; atque ita cum ad diem illum coram Tribunali ſiſti oportebit, *albis induti ſtolis, Agni ſanguine tinctis* compareamus. Ante omnia igitur, mi fili, vt ſaluam, & ſanã hanc conſcientiam conſerues, elabora: de qua multi fabulantur, ſed pauci admodum vero illius ſenſu

Vita inuentarium conſcientia.

Reu. 7. 14.

tan-

tanguntur. In primis verò à duobus morbis, quibus infici ſolet, eam ſollicitè vindices, Lepræ nimirum, & ſuperſtitionis: illa prophanis opinionibus, hæc periculoſis erroribus animum imbuit. Leproſam conſcientiam eam intelligo, *cui callum iam obductum eſt*, quæ ita ſecurè in vtramque quaſi aurem peccatis indormiſcit, vt planè hebes, & ſtupida ad omnem pœnitentiam obdureſcat: Quod & Regi *Dauidi* vſu venit poſt adulterium & homicidium ab eo perpetratum, vſq; adeò donec à *Nathane* Propheta, quaſi è profundo ſomno excitaretur. Superſtitiosā volo, cum quis in aliam Religionis normam iurauerit, quam quæ à verbo diuino authoritatem habeat, ex quo ſolo vnica illa plus quàm Lesbia cultus diuini regula petenda eſt.

Cõſcientiæ morbi duo.

1. Tim. 4. 2.

Ad antidotum verò contra iſtius lepræ cõtagionem, nullum pręſentius remedium inuenies, quã ſi quo-

Contaminatæ conſciẽtiæ remedia.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

tidie hoc apud te egeris, vt præteritæ diei ſingulas actiones ad examen reuoces: quid contra Regium munus, quid contra Chriſtiani officium, vel in omittendo, quod non oportuit, vel in committendo quod non decuit peccando deliqueris. In hoc verò examine, vide, ne tui quaſi leno, nimium tibi aſſentando indulgeas; ad quod vitium omnes nos naturâ ſumus propenſiores: ſed in temetipſum potius tanquam in inimicum cenſoria ſeueritate animaduertas. Nam ſi *teipſum*
1. Cor. 11 32. *in crimen voces, non eſt quod aliunde iudicium perhorreſcas*: tum verò ex iſta cenſura emendatiores deinceps vitæ tuæ actiones ſubſequi oportet: ſemperque vitandum illud inprimis eſt, ne repugnante conſcientia prudens ſcienſque quicquam vel feceris, vel dixeris: Nam & leuia quæque delicta, data opera, & de induſtria ab hominibus commiſſa,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

missa, eo studio nimirum, vt laxatis conscientiæ habenis in ea vitia præcipites decurrerent, multo infensiora sunt, quàm si atrocius aliquod crimen, repentino aliquo animi impetu, dormitante iam conscientia, perpetraretur. Memineris igitur in omni actione, quæ ratio tibi aliquando in vltimo illo die reddenda erit. Singuli autem vitæ tuę dies nihil aliud tibi sint, quàm mortis quædam commentatio. Vnoquoque etiam die ita viuendum, quasi in eodem moriendum esset, secundum illud Horatii: *Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.* Neque verò Papistarum more repentinam mortem tibi deprecandam censeo, sed orandus potius Deus est, vt cum hac vitæ vsura, eam etiam gratiam tibi largiatur, vt momētanea mors nusquam te vel improuidum, vel imparatum offenderit. Hæc ea vera fortitudo est, quę mor-

Vltimum examē.

Horat. lib. 1 epist.

Fortitudo vera quæ.

tis quandocunque aduenerit, omnẽ tibi ex animo expectorat formidinẽ. Nec minus cauendum tibi erit, ne mentiendi, & iurandi consuetudine conscientiam lædas, id licèt per iocũ fiat: vsus enim iurare docuit, in quo nec vtilitas, nec oblectatio inest: quo maiorem reprehensionem mereri debet. Mentiri autem quid aliud, quam vilis, & abiectus vsus introduxit? à quo omnis pudor penitus exulauit? & propterea etiam quæ vera sunt, minimè negari debent: ea enim species mendacii est: quod à tui loci & ordinis hominibus facilè vitari potest. Nam si quid quispiam à te sciscitetur, quod putes minime reuelandum, quid ni curiose nimis interrogantem imprudentiæ arguas? quo pacto nemo tam inuerecundus inuenietur, qui te vlterius vrgere ausit: atque isto modo si respondeas siue vera, siue falsa interrogantibus, vel istiusmodi scioli haud satis mode-

Praua iurãdi consuetudo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

modesti planè obmutescent, vel nihilo doctiores à te discedent.

Iam verò vt conscientiam sanam & ab omni superstitione immunem teneas, nunquam committendum est, vt conscientiæ salus & incolumitas, à propria tuarum opinionum authoritate pendeat: neve ab aliorũ commentis, quantumuis illi magni magistri habeãtur, sed sola scriptura sacra fundatam eam esse oportet. Conscientia enim non certa scientia nixa, vel fanatica ignorantia, vel vana arrogantia putanda est. Hîc igitur duo tibi extrema vitanda sunt vitia: Vnum, ne cum Pontificiis Ecclesiæ authoritatem pluris facias, quam tuam certam scientiam: Alterum, ne Anabaptistarum more propria tua comméta, & reuelationum insomnia sequaris, iisque temere assentiare. Prudenter autem, cauteque distinguendum est, inter ea quę salutem continent, & ea quæ ad res

Contra superstitionem.

Interiorum & exteriorum differẽtia.

indifferentes, pertinent, inter interiora, & exteriora; inter ea quæ expreſſe in diuino verbo præcipiuntur, & ea quæ ab humano ingenio inuenta, traditaque reperiuntur: nihil enim ad ſalutem noſtram neceſſarium eſt, quod in ſcriptura ſacra non contineatur. Quicquid autem in libro Dei expreſſe vel prohibitum, vel præceptum inuenitur, id præciſe accurateque tenendum eſt. Neque verò ſingula quæque dicta tam ex vulgi opinione & ex vſu vitæ communis, quàm ex preſcripto Dei verbo æſtimari debent. In cæteris autem rebus quæcunque ſacris literis non continentur, vel vtendis vel mutandis ita nos geramus, prout neceſſitas & occaſio tulerint. Cum verò Eccleſiaſticorum Antiſtitum quiſpiam è ſacris quid Oraculis tibi decantauerit, hic omni reuerentia, & debita obedientia tanquam ſummi Dei preco, &

Pater-

Paterpatratus amplexandus est. Quod si forte extra cancellos suos euagetur, & propria figmenta, diuini verbi loco tibi obtruserit, ipsique religioni fucum fecerit; hunc tu pro homine leuiculo, & vano agnoscito: qui postquam officii limites excesserit, tu pro muneris tui ratione grauius seueriusque eum coerceto. Vt igitur totum hoc de conscientia caput & primam huius libri partem simul concludam, Sacrosanctum Numen ore parcius, mente & corde vberius vsurpaueris. Externa specie liberiorem te, intus & re ipsa restrictiorem esse oportet. Ex factis magis, quàm ex dictis ingeneratum tibi virtutis amorem, vitii odium, faxis, homines cognoscant: esse denique quàm videri probum te malis: in cælis, non in terris repositam tibi mercedem expectes. Ad omnes autem vitæ actiones exterio-

De exterioribus ratio Deo reddenda.

Conclusio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

res, illud Christi præceptum accommodari oportet, in clanculum orando, & eleemosynam exercẽdo: Quo quidem pacto vna ex parte vera illa & Christiana humilitate intus ornatus incedes, non gloriosum imitando Phariseum qui tot tantásque suas virtutes prædicaret, sed quod Christus nobis pręcepit, confitendo potius, id est, cum omnia quæcunque
Luc. 17. 10. penes nos sint effecerimus, *inutiles tamen serui sumus.* Ex altera autem parte inter homines non tam suspicionem, quam crimen etiam ipsum turpe illud, & inuidiosum, fictę sanctimoniæ simulationem, & pietatis fucum plus quam meretricium, facilè poteris euitare.

DE

DE REGIS OFFICIO.

Liber Secundus.

SEd quũ duabus quaſi perſonis indutus ſis, vtriuſq; etiam munus pari tibi ſtudio exequendum eſt; vt non tam Christianum bonum, quã Regem etiam probum te homines agnoſcant, dum officio tuo ita fungare, vt omni in re iuſtitiam, & ęquabilitatem ſeruare poſſis. Id autem duobus modis fieri oportet: primò, ſi ſalutaria quęque in populo ſciſcãtur, eaque debitæ executioni demãdentur: in quo vno ſalus populi, legis vita poſita eſt. Alterum tuos ipſius mores attingit, quomodo inter tuos te gerere debeas: cuius exemplo reliquos erudiri oportet. Ita enim neſcioquomodo homines cõparati ſunt, vt ſimiarum more ad

Officiũ Regis.

Plato in Polit.

Iſocrates in Sym.

Plato in Polit. Principis exemplar ſubito ſeſe effingant, & efforment, ſecundum illud Poetæ;

Claudian. in 4. conſ. Hon.

——componitur orbis
Regis ad exemplar: nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, vt vita regentis.

Ad legum autem ferendarum obſeruandarumque rationem quod attinet, primum omnium conſiderare oportet, Legitimus Rex, ambitioſo tyranno quantum præſtet, alter alteri quid interſit: ſic enim quę ad tuum munus ſpectare videbuntur facilius intelliges. *Contraria enim iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.*

Rex à Tyranno quid differat. Regem eum dicimus, qui non tam populo natus, quam cælitus etiam à Deo datus eſt, ad magnum illud ſiue onus ſiue regendi munus capeſſendum: cuius etiam eidem Deo,

Plato in Polit. Ariſt. in 5. lib. Polit. à quo acceperit, rationem aliquando reddere oporteat. Tyrãnum verò, qui nullas ſibi leges datas, non ſe populo, ſed ſibi populum deſtinatum

tum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

tum prædicat: cuius indomitæ libidini omnia pro præda exponantur, hos ſolos ſuæ magnanimitatis fructus hic ferre poſtulat. Iſtorum igitur duorum fines & deſtinata, vti directè inter ſe contraria ſunt, ita etiam & ſingulas ipſorũ actiones, quibus tanquam mediis ad illos fines aſſequendos contendunt, contrarias eſſe neceſſe eſt.

Regis eſt id ſummo honori ſibi ducere, rectè probeq; munus ſuum adminiſtrare: omnes ſuos labores, ſtudia, conatus eô intendere, vt Reipublicæ ſalus procuretur, vt leges bonæ promulgentur, vt populi quies tranquillitaſque conſeruetur: Qui tanquam pater indulgẽs, & dominus non inhumanus, id ſibi iucundum eſſe putet, quod illis proſperum; id ſibi tutum, quod illis ſecurum, populi amorem vnicum ſibi aſylum exiſtimans; omnes ſuas priuatas cupiditates, ſuorum ciui-

Xenoph. 8 Cyrop. Cic. lib. 5 de rep.

um vtilitatibus longè poſtponens: denique, nullum priuatum eſſe cõmodum iudicans, quod in bonum publicum nõ cedere videatur. Tyranno verò quid tam amplum, tam fortunatum, tam glorioſum, quàm per fas vel nefas adoptatos ambitionis ſuæ ſucceſſus prouehi? qui nuſquam niſi in inteſtinis ſuorum ciuium diſſidiis, & in populari factione, firma ſibi præſidia collocat. Quam pulchrum autem ſanctimoniæ velum obtendit, tantiſper dum in aures & animos multitudinis adeò influat, vt facile iam illi ſit omnia iura humana & diuina peruertendo propriis ſuis effrenatis cupiditatibus inſeruire; & ſub ſpecie boni publici, priuatas ſuas vtilitates promouere. Vniuerſorum calamitas, ipſius ſola incolumitas habetur: denique nouercali hac & mercenariâ operâ, in oppreſſa iam & collapſa republica omnes ſuas fortunas poſitas exiſtimat.

Ariſt. 5. Polit. Tacit 4 Hiſtor.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

mat. Verum enimuero qualem isti sementem fecerint, tales eos etiam fructus dimetere, videre est. Nam & Regem bonum, exacto iam florenti & felici imperio, in pace morientẽ suorum luctus, exterorum admiratio subsequetur: post se in terris hæredes, honorẽ & gloriam relinquit, ipse in cælis immortalem felicitatis coronam consequetur.

Regis boni qualis exitus.

Et quanquam fieri interdum potest, quod raro tamẽ accidit, vt quędam naturę monstra nefarii parricidæ huiusmodi Regis vitæ insidientur; illius tamen gloria emori non potest. Istos autem facinorosos sicarios, cum certa & digna manẽt supplicia, tum ipsa infamia comitatur per omnem posteritatem duratura. Tyranni verò è contra turpis, odiosa, infamis vita, quid aliud facit quàm carnifices armat, in proprium ipsius iugulum suorum ciuium mucrones stringit? Et quanquam graue admo-

Cic. 6. de Repub.

Arist. 5. Polit.

Tyrā- ni exi- tus. Isocrat. in Sym.

dum perduellionis crimen ſit, adeo tamen omnibus exoſum Tyrannus ſeſe reddidit, vt illius cladem ſui ſubditi parum lugeant, exteri autem homines etiam in ſinu gaudeant. Quæ verò alia rerum ſuarum geſtarum monumenta Tyrannus poſt ſe relinquit, quàm dedecus & infamiam ſempiternam? Taceo tædas illas ardentes, ſupplicia, cruciatus, quibus perpetuo apud inferos torquebitur: ſæpè item vſuuenit, vt non ſolum tyrannicidæ iſti impune euadant, ſed, quod maius eſt, tanquam ritè & iure factum facinus illud ſequens poſteritas comprobabit.

Facile igitur tibi erit, mi fili, hisce in rebus delectum facere, veræ virtutis veſtigiis inſiſtere: tuam propriam ſtationem defendere; vt ſi fortè in hoc directo curſu ſine prolapſione conſiſtere nequeas, id ſaltem ſine tuo dedecore, non ſine omnium

um bonorum iusto dolore tibi eueniret.

Sed vt eôvnde diuertimus redeamus, nunc mihi de *Regno tuo administrando, legibusque obseruandis* dicendum est. Leges autem pro tuo iudicio & temporum necessitate, vt noua quæque corruptela in rempublicam irrepserit, condendæ sunt: Ex malis enim moribus bonæ leges enascuntur: In hoc verò Regno plures bonæ leges feruntur, quàm debitæ executioni demandantur: vt in Legibus exequendis iam mihi solummodo insistendum sit. Illud tantum meminisse oportet, ne solennia huius Regni comitia ad Leges sanciendas primum instituta, à publico hoc vsu ad priuatas cuiuscunque hominis necessitates traducantur. Nam sicuti ille ordinum cōuentus, (*Parliamentū* vulgò vocāt,) si ex vero vsu suo, id est, ex legibus ferendis rite æstimare eum velimus,

De Legibus ferēdis.

Comitiorum vsus & authoritas.

omnium totius Regni amplissimus Iurisdicendi locus, summumque tribunal habetur & est: & propterea *Regis Supremam curiam* nuncupare solemus: Ita si ad priuatas hominum particularium vtilitates trāsferatur, nihil eo iniquius aut iniustius cogitari potest. Nam interdum sub specie legis vniuersalis, Edicta perpetua in magnum hominum particulariū præiudicium decernuntur: Sępe etiam ipsis Ordinibus planè insciis, quibus ea damno aut nocumento esse possunt. Et proinde Comitia hæc, nisi nouarum legum ferendarum causa neutiquam tibi indicenda censeo: id etiam rarius fieri oportet: nam quô pauciores leges sint, modo vires suas strenue exerant, eò bene moratę Reipublicę melius cōueniunt.

L. 12. Tab.

Cic. 3. de Legib. & pDom. sua. Orat. pro Sest.

De materia autem Proscriptionum, quæ propriæ etiam comitiorū sunt, consultius erit istud vlcus non attin-

attingere. Mea ſolum hæc ſit cautio: Meminem proſcribendum, niſi qui huiuſmodi ſcelerum reus citetur, quæ i lum indignum prorſus omni in integrum reſtitutione perpetuo conſtituant: Leuioribus delictis leuiores etiam pœnas a legib⁹ pręſcriptas habes.

Iam verò vt vnde digreſſus ſum, ad bonatum legum executionem denuo reuertar, meminiſſe debes, me, cum boni Regis & Tyranni iniuſti, in gubernando differentias fuſius diſquirerem, hoc tibi obiter notaſſe; Tyrannum in primo ad imperiũ auditu, Curium ſimulare, poſtea cum pedem firmius fixerit, planè Bacchanalia viuere. Tu igitur in primo tuo introitu videſis vt *Quinquennium* illud *Neronis* ex animo auerſeris: ſimulq; inanem illam ſpeciem clementiæ qua tenellus Puſio ita optabat, *Vellem neſcirem literas*: Quin potius legum violatoribus

Legum executio.

Primo ingreſſu ſeueritas adhibenda.

Sen. de clem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

quibuſcunq; duram ſecurim iniici-
Ariſt. 7. Polit. to. Nam cum Regnum tuum non vi, non *precario*, ſed hæreditario quodam iure tibi obuenerit, nihil eſt cur populares rumores ab officio faciendo te deterreant. Maior enim Plato 2. & 10 de Repub Cic. ad Quin. Fr. hominũ pars ſua quaſi natura ad Iuſtitiæ & æquitatis ſtudium feruntur, id tibi certo perſuadeas velim. Hoc ſolum cauendũ tibi eſt, ne ad cupiditates tuas explendas potius quam ad Iuri æquitatiq; inſeruiendũ, ſimulachra hæc & inuolucra Iuſtitię obtẽdas: eò enim modo delinquens, licèt meritas luat pœnas, tu tamen homicidii reus, non tanquam Iudex, ſed tanquam carnifex corã Deo citabere: quin in extima hac actionum tuarum ſuperficie non hæret, ſed qua mente, quo animo, ſingula fiant penitius perſcrutatur.

Plato in Pol & 9. de Leg. Saluſt. in Orat ad Cæſar.

At verò cum iam legũ ſeueritate ſtabilitum, & confirmatum imperium ſit, vbi ſemel poteſtatis tuæ aculeos

leos perſenſerint, tum deinceps in arbitrio tuo erit, manſuetudinem cũ acerbitate commiſcere, vel in agno-ſcendo, vel in ignoſcendo, prout delicti grauitas, & delinquentis qualitas efflagitarint: Secus verò ſi initio clementiam tuam palam vendites, & tui contemptus & ſcelerum cumulus eum in modum excreſcent, vt cum ad puniendum accedere velis, Nocentum immenſitas innocentũ paucitatem longè ſuperet: neque facilè tibi erit definire, vnde exordium ſumendum ſiet. Quàm verò inhumanum, ſed neceſſarium tamen hoc tibi videbitur, tam multos intempeſtiua clementia perdere, quos, in principio paucorum pœna ſaluos, & incolumes conſeruaſſet: Atq; hac in parte Phrix tibi ego ſim, qui & nimis ſero, & nimis magno precio ſapere videar. Nã quũ lenioribus principiĩſq; omnia prętexere in animo habere, vt facilitate & clemẽtia omni-

Intempeſtiuæ clemẽtiæ duræ experiẽtia.

um animos ad obedientiam pellicerem, contrarium mihi prorſus vſu venit; & nullum aliud, quam populum ingratum, Imperium diſſolutū, lenitatis meæ præmium reportaui. Sed cum iſti tuæ ſeueritati & modus & tempus, quod antea dixi, ſtatuenda ſint, tum alia quędam ita atrocia & enormia crimina reperiuntur, vt nullam vel remiſſionem, vel moderationem admittant. Ea autem eiusmodi ſunt, maleficium, homicidium voluntarium, Inceſtus ſeu ſtuprum, præpoſtera libido, veneficium, falſa moneta. Si quæ verò contra perſonam & authoritatem tuam offenſio contigerit; in hiſce, quoniā teipſum ſolum attingunt, tuo vt ere iudicio, vel in puniendo, vel in prætermittendo, animo obſecūdes tuo: in quibus tamen & rerum circumſtantiæ, & perſonarum qualitates conſiderandę ſunt.

Crimina quæ remittenda nō ſunt.

Læſæ Maieſtatis crimina.

Illis autem criminibus, quę veniā

non

non merentur, aliud etiam libens attexerem, si modo sine inuidia id fieri possit.

In quo tamen tibi aperiendo omnem pudorẽ paternus amor vincat necesse est. Id nihil aliud est, quàm falsa & impudica maleuolorum quorundam aduersus parentes, & progenitores tuos siue scripta, siue maledicta disseminata: Diuinum nosti præceptum, *Honora patrem & matrem:* & propterea quum à lege hæc potestas tibi data sit, ne patiaris Principibus parentibus tuis aliquam labeculam aspergi: presertim cum hec res mali exempli sit successoribus tuis: qui quam à te mensuram acceperint, eãdem etiam tibi postea reddent. Ingenue hoc fatendum est, omnes nos nostris vitiis laborare, quę tamen tecum & cum Deo priuatim meditando, tibi ipsi vsui & exemplo ad vitæ emendationem potius esse debeant, quàm aliorum sermonibus

Stirps Regia ne verbo violanda.

Exo. 20. 12.

Plato 4. de Leg.

materiam præbeant, de qua fabulẽtur. Iam verò cum nullus totius orbis terrarum Princeps reperiatur, qui generis splẽdore, & Regali Proauorum prosapia tibi præluceat; effice vt istorum hominum fastus, & insolentia compescatur, qui dum personam vitii insimulare volunt, sub hoc integumento callide, & malitiose vniuersæ stirpi notam inurũt; omnibusque posteris perpetuam inuidiam conflant. Quo enim tandem modo amare te poteruut ii, qui parentes tuos odio plusquam Vatiniano prosequuti sunt? Quorsum verò luporum & vulpium recens iam editum fœtum interimunt homines, nisi odio, quo in illam immanem & truculentam progeniem exardescant? & quis nõ videt in foro carius emi generosum equum Neapolitanum quàm abiecti asini pullum? qua alia de causa, nisi ob generis differentiam, quâ illum suspicim°, istum

istum despicimus? Id igitur monstri simile erit, si quis filiũ dilexerit qui parentem odio habuerit. Quid autem aliud est parẽtum famam & existimationem odiosis criminationibus insectari, quàm filium cõtumeliæ, & contemptui exponere? atque vt totum hoc caput concludam, meam ipsius experientiam argumenti loco in medium afferam: qui vel hisce oculis meis vindictam diuinam furiis & tædis ardentibus profligatos illos proditores & insequutam, & assequutam vidi, qui tanta mala aduersus parentes meos machinati sunt: & sanè verè mihi videor affirmare posse, nusquam me firmiorem in rebus meis aduersis amicitiam, aut magis constantem amorem inuenisse, quàm eorum, qui in summis parentum meorum angustiis ad ipsorum latus, fixis quasi anchoris immobiles, sine varietate adhærescerẽt: Illos intelligo, qui Reginæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

matri meę operas & seruitia sua pręstiterunt Dū enim tibi, mi fili, quod sentiam & quod verum est aperiam, quid isti proditionum siue authores siue fautores de me existiment, ne flocci facio.

Oppressio. Et quanquam inferendæ iniuriæ crimen, in numerum illorum criminum, quæ veniâ carent, ascriptū non sit: Quum tamen frequenti vsu vbique apud nos adeo inualuerit vt Nobilium & potentiorum patrocinio virtutis iam quasi nomen vsurpet; necesse est vt in eo corrigendo maior à Rege seueritas adhibeatur. Sis igitur in explorãdo assiduus, sollicitus in castigando intolerabilem fastum & insolentiam istorum inuasorum. Sordidatorum querelas lubens accipito, afflictis succurrito ac si interesset tua: nihil magis honorificum tibi putes, quam opprimẽtes reprimere: cuiusquam amorem, vel odium pariter habeas: in aliorum

Arist. 5. Pol. Isocr. de reg. Cic. de Off. & ad Q. Fr.

iniuriis

iniuriis ſubleuandis labori tuo mi- nime parcas: veniat tibi in mentem ſplendidi illius tituli, quo celebris memoriæ meus Auus inſignitus eſt, Qui *pauperum Rex* eſt cognominatus. Quemadmodum autem Regiũ munus in ſuum cuique diſtribuendo præcipuè cernitur: Ita cum pro Tribunali ſedeas, meminiſſe oportet, te iam in Dei ſolio conſiſtere, neque ad dextram, neque ad ſiniſtrã deflectendum, vt Moſes loquitur: Caue vel diuitis vel pauperis perſonam reſpicias. Iuſtitiam & oculis & clientelis orbatam eſſe oportet, iſtic vel amicis gratificandi, vel inimicis refragandi, nullus locus erit.

Vera Regis gloria. Exemplar memorabile.

Deut. 1. Plat. Pol Cic. ad Q. Fr. Ariſt. 1. Rhet. Pl. in I[?]

Atque hic iam cum de Iuſtitia & iniuſtitia ſermo habeatur, inſtituti ratio ſuadet, vt de Scotis Hybernenſibus Mõtanis, & Limitaneis noſtris hominibus, de eorumq; oppreſſionibus pauca adiungam.

Hybernenſiũ Scotorum & Limitaneorum oppreſſiones.

Sub prioribus autem, breuitatis

causa, duo genera hominum comprehendere volui. Vnum eorum, qui terram continentem incolunt, qui, etsi maxima ex parte rudes & agrestes sint, aliqua tamen politioris cultus vestigia inter illos apparent. Alterum gen9 Insulanorũ est, qui omnino barbarũ, siluestrẽ & ferinam vitam degunt, & ne minimam humanitatis speciem præ se ferunt. Ad primum genus quod attinet, fac seuerius illæ leges executioni mandẽtur, quæ contra supremos dominos, & familiarum principes a me promulgantur: neque difficile tibi erit, ex efferatis & indomitis, domitos, & mansuetos reddere: In altero genere, quem ego iam institui cursum, tu persequere. Nouas colonias è terra continenti subditorum bene institutorum diducito, easq; in medio istorum Insulanorum collocato: Quo pacto breui tẽporis spatio qui melius à natura informati sunt, ad poli-

politiorem cultum redigentur, atq; ita paulatim sensimque agrestia illa sata exstirpanda, eorumque locis alii noui quasi humanitatis surculi sunt inserendi.

Limitaneorum oppressiones.

De Limitaneis autem hominibus qui in finibus habitāt, quia probe norim, nisi integra hac insula, quæ iure diuino, & sanguinis propinquitate ad te spectat, potiaris, nunquam impetrabis, vt borealem partem sterilem, & incultam, nedū diadema illudquo caput cingeretur, pacatè & tranquillè possidere possis, non est cur in hac re tibi negotium facessam. Quod si secus euenerit, tum demum in medio sitam, tam facile eam quam aliam quamcunque Insulæ partem regere poteris. Sed quo expeditior tibi ratio sit, populum tuum prudēter, iusteq; gubernandi, peritoste medicos imitari volo, qui ægroti venam tentare, noxios humores explorare prius,

Benè gubernare est perite medicari. Plato Polit.

ſolent, quam ipſam curationem aggrediãtur: Ita & tibi ingenia, natura, mores, affectus hominum accuratius indagandi ſunt, priuſquam ad ſalutaria remedia deſcendere poſſis: propterea ſuccinctâ quâ poſſim breuitate morbos ipſos & grauiora mala, quę per omnes partes huius gentis graſſari ſoleant, tibi digito demõſtrabo. De *Anglia* autem diuinare quì poſſum, quam nunquã viderim? quam tamen confido me non minus familiariter aliquando cogniturum, diuino ſemper fretum fauore, cuius auſpiciis iuſta omnia & ęqua proſpere ſoleant euenire.

Tres Regni Ordines.

Cum antiquitus à primis huius Regni iactis fundamentis, vniuerſus populus ditionis noſtræ in tres Ordines diſtribui ſoleret: Tũ vero nullum iſtorum trium reperies Ordinẽ, qui inſigni alicui vitio non ſit obnoxius: quod longo vſu & diuturna cõſuetudine ita inualuit, vt non iam vi-

tii a-

tii apud illos, ſed virtutis potiꝰ habitum induere videatur. Neque vero in ſingulis iſtis Ordinibus ſingulos homines luem hanc & tabem contraxiſſe volo: Nam & eorum, ſicuti cæterorum, & boni & mali promiſcue reperiuntur: id tantum volui dicere, inter hos trium Ordinum homines vitia illa altiſſimas radices egiſſe. Primum igitur ne Eccleſiæ aliquid à me præiudicii fiat, illa iure prærogatiuę primas in hoc numero partes ſibi vendicabit.

Hæreditarius ille morbus quo omnes Eccleſiæ ab initio mundi in hunc vſque diem infeſtatę tam grauem cladem acceperunt, quo etiam candelabrum, vt diuus *Iohannes* loquitur, ab vno loco in alium traductum fuit, ex hiſce fontibus dimanauit, Faſtu, Ambitione, Auaritia. Hęc demum tria illa mala ſunt, quibus non ita pridem apud nos & in aliis etiam locis diuerſis Romana Eccle-

Eccleſiæ morbi hæreditarii.

ſia nõ quaſſata modo, ſed penit⁹ ſubuerſa fuit. At verò reformata religio in hanc noſtram *Scotiam* diuino planè miraculo introducta eſt. Nam quum multa in illo negotio à concitata multitudine temere fierent, & perturbate; multi etiam cupiditatum ſuarum turbine abrepti, cæco animi impetu & nullo iudicio ad opus illud Dei peragendum ferebantur. Nec verò Principis authoritatem expectarunt, id quod in Anglia, Dania, aliiſque Germaniæ partibus fieri ſolet; ſed ipſi ſua ſponte negotium tentarunt: vndè omnẽ benè gubernandi rationem, nõ nutare ſolum, ſed planè concidere neceſſe erat. In illa & rerum, & temporum confuſione, orti ſunt quidam igneæ naturæ Concionatores, qui eò potentię apud populum proueheban tur, vt dulcedinem iam Imperii deguſtantes, inciperent neſcio quam Democraticæ reipublicæ formam.

Vndè Puritanorũ tribunatus.

mam, sibi somniare. Et cum iam temporum iniuriis ex aui & matris meæ calamitate satis opimam prædam nacti essent, pupillaris etiam ætatis meæ libertate ad suam libidinem abutentes, ita opinionis errore in illa democratia sese fundarunt, vt certa spe *tribunitiam planè potestatem* sibi deuorassent. Atque hoc modo in populari administrandi forma dum imperitam plebeculam quô velint ducerent, vnde autẽ velint deducerent, omnino rerum summam obtinuerunt: atq; ob hanc etiam causam nec in populari ętate mea, nec ex illo tempore vnquam aliqua seditio orta est, quin illius factionis antesignani sollicitè id agerent, vt turbulentos hos concionatorum spiritus ad suas partes pertraherent, quorũ patrocinio res gereretur. Hinc etiam sæpius in concionibus & pro rostris me lacessunt, non alio nomine, nisi quia rex

Vngues invlcare.

Flabella seditionũ.

essem: quo nullum maius malum esse existimarunt. Sed quũ palam hãc querelã profiteri eos suppuduisset, tum curiosius in meas actiones inquisiuerunt, vt vel lippum oculum meum planè cæcum longè viderint; & si forte vel falsos quosque rumusculos contra me aucupẽtur, cum tã proba materies eis data sit, quin peritos adhibeant fabros, non est cur dubites. Neq; verò tam affabre rem tractarũt, dum astutè satis inter personam & munus distinguerent, quin aliquoties etiam non cogitantes imprudenter satis illud effutirent, omnes Reges & Principes, vel naturâ Ecclesiæ libertati hostes esse infensissimos, neque vllo modo Christi iugum ferre posse: isto doctrinæ lacte greges suos nutricârunt. Sed quum doctioribus & prudentiorib⁹ è ministerio viris, & pudori & offensioni temeraria ista præsumptio esset, omnibus etiam modis contenderent

Regiã potestatem à fundamentis euerterunt.

derent

derent hi, vt eos ad maiorem animi moderationem reducerent: nullum præsentius remedium turbulenti isti spiritus excogitare potuerunt ad sustinendum illud quod designarāt, quàm in Ecclesiam paritatem quandam & æqualitatē introducere: quo quidem pacto euenit, vt imperiti homines præfricta fronte, doctiores, & probiores viros penitus explodereent. Apage matrem confusionis *æqualitatem*, inimicam concordiæ, hanc autem solam Ordinis procreatricem. Nàm æqualitate quadam in Ecclesiastica politia stabilita, si illius exemplo ciuilis etiam status ad similem paritatem traduceretur, quanta omnium rerum cōfusio inde sequeretur, quis non videt? Caue ergo sis, mi fili, ab ista Puritanorum secta, tanquam à vera Ecclesię & Reipublicę peste: quos nulla merita deuincire, nulla iuramenta astringere, nulla promissa obligare

Paritatis prætextus.

Pessimi reipublicæ coloni.

possunt; pręter seditionem & calumniam nihil spirant; præter modum & modestiam ambitiose aspirant; sine ratione maledicta ingerũt; ipsorum commenta sine authoritate verbi diuini tanquam Lesbias regulas conscientiis fabricant. Deum illum summum testem appello: (nam cum iam testamentum condam, nullus erit falso locus) nusquã inter montanos illos Barbaros vel Limitaneos latrones te reperturum magis ingratos, magis periuros, quàm phanaticos istos spiritus: tu verò eorum ductores, & antesignanos in terra tua manere ne sinas, si modò quieti & trãquillitati tuæ cõsulere cupias: nisi forte vt *Socrates* suam Xantippem, ita tu eos ad patientiam tuam exercendam retinere velis.

Alexipharmacũ. Iam contra istuc venenum Antidotum à me accipito. Probiores, modestiores, & eruditiores è ministerio

ſterio viros amplexare; eos officiis, & beneficiis proſequere: quorum, Deo ſit laus, haud exiguus apud nos numerus eſt. Iſtis de epiſcopatibus & dignitatibus commode proſpexeris, abrogato penitus damnoſo illo ſtatuto, *Annexationis* vulgo quod vocant: ni forte ante à me id effectũ inueneris. Hoc modo nõ ſolum Puritanorum imaginariam iſtam paritatem, cęteraque eorum inſomnia, quæ vel Eccleſię adminiſtrationi, vel Reipublicæ paci, vel benè inſtitutæ Monarchię minus conueniant, penitus exterminaueris: verum etiam auitum illum trium Ordinum conuentum (idq; hac ſola ratione) in integrum reſtitues. Sed (vti ſpero) Deus modo mihi vitam largiatur, ipſe tibi in hoc negotio glaciem pręſcindam: vbi ego inſiſtã, tu veſtigia mea perſequere.

Non benecõueniũt Æqualitas & Maieſtas.

Vt ergo hanc meam de rebus Eccleſiaſticis adhortationem con-

cludam: *Neminem pluris feceris quã Pastorem bonum. Neminem magis oderis quam Puritanum vanum*: nullum ſplendidiorem tibi titulum fore exiſtimes, quàm ſi Eccleſiæ pater nutritius cognomineris. Singulis tuæ ditionis Eccleſiis probos paſtores præficias: Scholas & Academias, Eccleſiæ ſeminaria, munifice ſuſtẽtes; doctrinam Chriſtianam, & diſciplinam puriorẽ ex præſcripto Dei verbo integram conſerues; commoda & ſufficiens rerum ad vitam neceſſariarum prouiſio ſit, decorum in omni parte adminiſtrationis tuę obſeruetur: Faſtꝰ pœnâ, modeſtia præmio afficiatur: Miniſtri magiſtratus ſuos, miniſtros ſui greges debita reuerentia, & honore proſequantur: vt hoc modo Eccleſia pietate, pace, literis florente, omnibus vitæ tuæ gloria maximè eluceſcat. Duo autem hęc extrema, ita æqua lance tẽperanda ſunt, vt non tam Puritanum

Cõſilia Eccleſiæ ſalutaria

leuem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

leuem reprimas, quam tumidos etiam iſtos, inſulſos & inſolentes Pontifices, ſeu papales Epiſcopos comprimas & coerceas. Quorum ſi aliis alii merito præferendi ſunt, eos tamen ſuis quibuſdam cãcellis reſtringas, ne forte contagio aut corruptela aliqua in Eccleſiam irrepere poſſit.

Proximum iam locum cum meæ diſquiſitionis, tum Parliamenti ordine Nobilitas occupat: Quæ etſi ſecundę claſſis numeretur, vi tamen & poteſtate, vel ad iuuandum, vel ad nocendum longo interuallo primas obtinet. *Nobilium ordo.*

Hęreditarius autem ille morbus, quem noſtra hac tempeſtate, huic Ordini innatum animaduerti, elata nimis & faſtuoſa quędam ſuę magnitudinis & potentiæ perſuaſio fuit: qui vnâ cum lacte nutricis errorem hunc exſuxerunt, omnem ipſorum ſplendorem & magnificentiam in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

tribus potiſſimum iniuſtitiæ modis conſiſtere: Primò in opprimendo vicinos ſuos tenuioris fortunæ homines: quos, nullo licèt beneficio obſtrictos, ad ſua ſeruitia & obſequia vel inuitos cogere volunt. Secundo, famulos ſuos, cliẽtes, ſectatores per fas & nefas, iure an iniuriâ propugnando. Iuſta enim in cauſa quilibet ſeruus à domino ritè defenditur. De leuiſſima autem offenſione illis à vicinis data, ſtatim vindicias profitentur, nullaque vel Dei, vel Regis, vel Reipublicę ratione habita, claſſicũ canunt, militari manu in campum deſcendunt, gens contra gentẽ iunctis copiis dimicant, *Pede pes denſusque viro vir*: Imò verò multum illis Rex debere videbitur, ſi in breuem aliquem induciarum diem conſentire velint, cum & naturæ debito & legis præcepto ad pacem cuſtodiendam etiam per totam vitam ſub pœna capitis teneantur.

Hiſce

Hiſce malis vt mederi queas, Nobiles tui non minus arctè quàm homines infimi legibus obtemperare diſcant: Neque eſt quod leues eorum obmurmurantium & indignãtium voculas extimeſcas, modo tu tuo munere præclare fungaris. Nam & per belli iſti Principum reformandorum prætextus ſemper ſucceſſu carent, niſi cum res male adminiſtrantur. *Remedia.* Ariſt. 5. Polit.

Tu cũ probioribus tuæ Nobilitatis Baronibus aliiſq; familiarius cõuerſeris; omnibus cuiuſcunq; conditionis hominibus, modò honeſtioribus, liberum aditum concedas; iiſq; apertum te, comem, blandumque præbeas, ita vt ſine aliquo panico terrore audaculi te compellent: Tibi ipſi in propriis perſonis ſupplicent; neque potentiorum interceſſorum opem aut auxilium implorent: Omnis enim ſanctorum interceſſio Papiſmus eſt: Hoc Xen. in Cyr. Iſocr in Eu. Cic. ad Qu. Fra.

modo faſtuoſa eorum ſupercilia, humeros mõſtroſos, quibus tanquã Athlante cęlum niti omnia vidẽtur, ad mediocritatem reduces. Ad barbaras autem iſtorũm vindicias quod attinet, excita & exere earum legum vim & virtutem, quę contra eas à me latęſunt: primordium ab eo capito qui tibi intimus eſt, quique tibi magis deuinctus eſt, vt in eo reliquis exemplum ſtatuas. Omnis enim reformatio incipiat oportet ab iis, qui tibi ad latus aſſident; vnde gradatim ad vltimas etiam ditionis tuę oras deriuetur. Neque verò ceſſandum tibi erit, donec efferatas iſtas & cruentas vltiones extirpaueris; vt earum effectus lamentabiles non minus apud nos in deſuetudinẽ abeant, quam earum nomen barbarum, apud exteras nationes nouum & inſolens habeatur. Nam ſi vel Gallico vel Latino ſermone ſcribendus hic liber foret, vix ſine circũloqu-

tione

tione hæc vlciſcendi genera nominari potuiſſent. Sed quo facilius iſta è medio tollãtur, ſeuerius obſeruari facias leges illas cõtra iſtas bombardas & proditorios ſclopetos à me editas: Neque verò aliter quàm veluti latrones & ſicarios, vel animo iudices, vel ſermone appelles, vel ſupplicio caſtiges huiuſmodi homines, qui hæc tela circumferunt, & qui iis vtuntur.

Iam verò ex altera parte caue ne negligi aut contemni à te tua Nobilitas ſeſe viderit. Hic error Regem auum meum mœrore & angore cõfecit. Tu verò cogita ſplendorem generis virtutem plerunque comitari. Illuſtrium maiorum auita dignitas, vt quidam eis reſpectus, & reuerentia exhibeatur, efflagitat. Hiſce igitur nobilibus qui legibus tuis libenter parent, tanquam paribus & patribus prouinciæ tuæ honorem deferas. Quo frequentiore

Pla in Pol & 5. de Q. Ariſt. 2. œcon.

Xen in Cyr.

Nobilitate Aula tua condecoretur, eo maiorem tibi honorem putes: Eos tibi in consilium, in auxilium, in maximis tuis negotiis adhibeto: Hi tibi manus, hi brachia, nerui & lacerti in legum exequutione futuri sunt. Morigeros & modestos amore, contumaces è contra rigore persequere; adeo vt ex nulla re alia maiorem laudem & gloriam venentur, quam quod humilitatis versus te, & in leges obseruantiæ vel infimis quibusque palmam præripiant. Eorum autem aures hisce vocibus perpetuo circumsonare oportet, nulla ab illis erga te officia magis grata, nulla obsequia magis expetita proficisci posse, quam si & ipsi personas suas, actionesque legibus subiiciant, & cęteros etiam pro ea, qua valēt authoritate, ad eandem obedientiam pertrahant: sine quo quid aliud tandem est, in quo tibi gratificari sperent?

Præfe-ctura. Nullum autem in hoc Regno no-

ſtro Legum Exequutioni maius impedimentum inuenio, quam hæreditarias illas præfecturas, aliaque id genus Regalia: quæ cum in Potentiorum manus deuenerunt, vniuersam prouinciam ſæpenumero peſſundãt: neque verò huic malo præſentius remedium occurrit, quam vt ad durius examen, ſtrictioremque calculum magiſtratus iſti reuocentur; ipſarum etiam legum ſeueriorum aſperitatem perſentiant, ſiquid deſidioſe aut iniurioſe contra officium deliquerint. Quoties autem propter ipſorum officialium delicta loca hæc vacare contigerit, caue ea cuiquam deinceps hæreditario iure concedas: atque ita temporis progreſſu ad laudabilem Angliæ morem perducere contendas: quod facilius effeceris, ſi quod ſpero, Deo iuuante vtrunque Regnum tuo iure obtinueris.

Regalia.

Ariſt. 2. Pol.

Angliæ mos laudatus.

Sequitur vt ad tertium & vltimũ

Tertius & vltimus Ordo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

illum Ordinem, qui municipiorum est, descendat & dilabatur oratio. Nã & minores Barones in inferioris Nobilitatis numerum referimus. Municipes autem nostri ex duobus potissimum generibus hominum constant, Mercatoribus & Opificibus; quorum vtrique suis etiam morbis, suis infirmitatibus laborare solent.

Mercatorum animus & vsus. Mercatores non alio fine rempublicam institutam, quam ad ipsorũ facultates augendas, fortunasq; amplificandas credunt, qui ex alienis incommodis sua comparare cõmoda, id licito & honesto in lucro deputant. Res necessarias à nobis exportant, quarum loco vel prorsus nihil, vel minus necessaria ad nos denuo important; vilissimas merces carissimo precio venditant. Et quã-quam prędialium fructuum pro eorum vel copia, vel inopia, modo carius modo vilius emuntur, ipsarum tamen

tamen merciumpreciũ augeriquidẽ indies, diminui nunquam videmus: nec minuspręfractè deprauatã hanc consuetudinem, quàm si Pragmatica quædam sanctio foret, retinendam putant.

Ab hisce etiam omnis illa adulterinæ pecuniæ ratio emanauit, qui cũ puras nostras pecunias, minimeque admixtas in exteras nationes à nobis transportãt, harum loco peregrinos & exoticos nummos ad nos reuehũt, quo valore, quave ęstimatione, penes ipsos arbitrium est.

Hisce malis vt occurramus, ad executionem earum legum recurrẽdum est; quæ contra istos abusus à me sunt sancitæ. Tria verò tibi præcipue tenenda sunt: gnauos, & probos, sed numero pauciores cõstituas Inquisitores, quasi *triumuiros Monetales*: Nam quod plures faciunt, plures negligunt. Tum fidum & diligentem tibi ascisças Fiscalem, qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

Plat 2. de Rep. 8. & 11. de leg.

ab illis rationem expoſcat. Inuites & quoad poſſis pelliceas Mercatores exteros, qui mercaturam hîc exerceant. Ita enim & meliores merces & meliori precio ad vſum ſuppetent, cum ab ipſis mercatoribus, non à reuenditoribus omnia coemere libera detur poteſtas. Singulis autem annis omnibus rebus certum precium ſtatuas, pro rata parte, qua in aliis regionibus venundari ſolent: moderato autem ſemel precio ſtabilito ſi noſtri mercatores hiſce conditionibus ad nos aduehere recuſent, exteros prouoces, qui libere etiam non ſoluto portorio ea ad nos perferant.

In pecuniis quæratio ad hibenda.

Sed quum iam monetarum mentio facta eſt, nummos tuos ex puro & defæcato auro, & argento tibi conflari, & cudi iubeas, vt in ſolutionibus populo tuo nō numero, ſed pōdere ſatisfiat; ita & reſpublica ditabitur, & ęrariū tuum locupletabitur.

Quod

Quod ad bellicos apparatus, aliasque vel temporum angustias, vel tempestatum difficultates tibi vsui esse possit. Nam etsi nummorum admixtio, quiddam in sese vtile contineat; nusquam tamen nisi necessitate coacto, ad id tibi cõfugiendum censeo. Quid Opifices? nonne hi etiam sua opera, siue benè, siue malè laborata, quo velint ipsi precio nobis, vel inuitis obtrudent? Quos si forte leuiuscule reprehendas, Auentinum montem statim somniant, & ad Tribunum prouocant. Sed in isto negotio Angliam tibi pro exemplo ob oculos ponas: quæ & opibus & benè administratæ Reipublicæ laude semper floruit, ex quo primum Opifices exteri confertim illuc conuolarint. Tu igitur exteros ad nos aduentantes nõ permittas modo, sed quibuscunq; modis possis pelliceas: nec minore cura submurmurantem & renitentem

De Opificib⁹. Plat. 11. de Leg.

Anglicanæ administrationis cõmendatio.

Plat. 9. de Leg.

plebem noſtram compeſcas, quàm in Anglia idem aliquando factum fuit, cum exteri eô primum aduolârint.

Multitudinis vitia.

Sed vnicum adhuc reſtat vitium, quod per vniuerſam huius Regni plebem, tam ciuitates, quam pagos vbique peruaſit: id eſt, de Principe temere, inconſiderate, & loqui & iudicare. Qui Rempublicam in lubrico & ancipiti loco collocantes, ipſi præſentis ſtatus pertæſi, nouis ſemper rebus ſtudeant. Ad hunc morbum curandum præter legum exequutionem, quæ à me aduerſus immodeſtos obtrectatores promulgãtur, illud præſens remedium eſt, ita imperare, vt cuiuis maledicenti os penitus obſtruatur: adeo Reipublicæ bonum, populi incolumitatem ſollicita cura prudentis & moderati imperii, tanquã Herculea columna, ſuſtentare, vt ne *Momus* quidem ipſe quicquam habeat quod obloquatur.

Saluſt. in Iugur.

tur. Ita tamen ſeueritati ſemper lenitas & manſuetudo ſunt admiſcendæ, vt non tam iniuſti detrectatores pudore & timore in officio contineantur, quàm etiam beneuoli & amãtiores ſubditi tui ſecura & felici vita gaudentes, ad prudens hoc & moderatum Imperium tuum pleniore ore laudandum, humanitate & benefactis tuis incitentur: qua ratione ad mutuam & communem inter eos concordiam cõciliandam, anniuerſarios quoſdam ludos & ſpectacula publica inſtitui oportet, quibus & populi animi omni honeſtiore genere oblectamenti capiantur, & eorum corpora etiam ad militaria exercitia aſſueſcant. Tum verò ſobriis & moderatis cõuiuiis inuitandi nõnunquam vicini, amici, propinqui ſunt, quibus ad iocum & hilaritatem prouocentur, & amor non ſimulatꝰ facilius conſeruetur. Neque ego

Ariſt. 3. pri.
Iſocr. in Paneg.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

intelligere possum, quæ maior superstitio sit Anniuersarios hosce ludos & spectacula, modo licita, mense Maio celebrare, quam Natalitiorum Christi tempore conuiuiis indulgere; & quadragesimali solis piscibus vesci: vtrumque enim & hoc, & illud Pontificii faciunt: Hac semper adhibita cautione, & Sabbata sacrosancta obseruentur, & ab omni ludorum illicitorum genere eo die abstineatur. Atque vt hic vsus ad hominum animos retinēdos in omnibus benè moratis rebuspublicis plurimum antiquitus valuit; ita ètiam efficiet vt in administratione tua vetus illud Horatii dictum ad viuum exprimatur:

Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci.

Horat. de Art. Poet.

Vides iam, mi fili, quomodo ardore quodam amoris, & studio omnia tibi patefaciendi, in perstringēdis omnium Ordinum vitiis fuerim pau-

lo acerbior : Sed summum Deum testor non alio animo id à me facta esse, quam paterno in ipsorum personas amore, iusto in eorum vitia odio. Nam & satis magnum proborum numerum in singulis Ordinib⁹ reperiri certò scio.

Et quoniam ad istas Ordinum deprauatas consuetudines corrigēdas plurimum te iuuabit, naturas, studia affectus subditorum tuorum penit⁹ nosse, singula etiam mēbra prouinciarum tuarum intus, & in cute perspecta habere: me ergo si audies, singulis annis semel illius prouinciæ præcipuas partes inuises; vbi te cōmorari contigerit. Et quia pluri um regionum te Regem aliquando futurum confido; non abs re erit, si omni triennali spatio, omnia tua regna perlustrare contendas : Neque surrogatis tuis Regulis omnia committas, sed ipse in persona tua eorū querelas accipias, facilesq; sup-

Pla. in Pol. & Min. Tac. an. Mars.

plicantium precibus aures prębeas. Singula etiam Regna sua propriorũ Inquilinorum Consilia, Iudicia sua, sua Tribunalia habeant. Summa autem & maxima negotia tibi aduenienti definienda referuentur.

Exterorum iniuriæ propulsandæ. Xen 8. Cyr. Arist. 5. Pol. Polib 6. Dion. Hal de Romu.

Proxima consideratio erit, vt nõ solum ab intestinis malis & damnis subditos tuos defendas, sed etiam exterorum Principum inuasiones & hostiles impetus longe propulses. Hanc etiam ob causam a Deo tibi in manus gladius datus est, vt non tam populum tuum à domesticis iniuriis vindices, quam eum ab externa etiã vi, & violentia fortiter propugnes. Et propterea bella iusta de causa suscepta licita sunt. Inprimis tamen cauendum est, ne à te bellorum causa proficiscatur.

Versus principes quæ forma tenẽda.

Erga cæteros Principes, tanquam fratres tuos, honestè & beneuolè te geras: quę semel eis promiseris, licèt cum detrimẽto tuo, religiose tenere opor-

oportet. Singulos eorum humanitate & grata animi significatione in certando vincas.

Vt cum ceteris omnibus, ita precipue cum istis veracem & simplicẽ te demõstres: in omni actione Christianum illud præceptum imitatus: vt *aliis id facias quod tibi fieri velis*. Si quos cõtra alios Principes suos proditionem moliri deprehenderis, statim tibi paratam esse pestem credas, vt participes parem. Nullo igitur modo aliorum Principum rebellib⁹ vel fidendum, vel succurrendum est: sed Principes potius in tantis eorum angustiis adiuuandi sunt. Quod si nulla merita tua tãtum apud eos valere possint, vt ab iniuriis abstineãt, auxilium à tempore petas; interim quod rationi consentaneum erit, id facias. Quod si ne adhuc quidem, vel iustitiæ ratione, vel honoris respectu induci possunt, vt à malefaciendo cessent, & de iniuriis illatis po-

Iso. in Plat. & Par.

Aris. ad Al Var. 11. de V. P. R. Cic. 3. Offi. Liu. lib. 4.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

pulo tuo satisfaciant: extremum refugium tuũ illud esto, Causæ tuę Iustitia Deo committenda est: Ita tamen vt eos prius dimittas, saluo semper honore tuo, & ex Iuris publici præscripto.

Liu. lib. 1. Cic. eod.

Sed de belligerandi ratione & modo; quoniam à multis illa ars copiose disquiritur, & vsu facilius quam præcepto addiscitur, fusius iam dicere supersedebo: Pauca solũmodo præcepta hìc tibi tradere institui.

De bello.

Primum igitur, summum & maximum causæ tuę robur & firmamentum sit Iuris æquabilitas: postea, quascunque alias auxiliares copias secunda in acie collocato. Nullum vel magum, vel Hariolum vanum, de bellorum successu consulito: tibique documento sit, Regis *Sauli* miserrimus exitus. Ab omnibus autem istis Aruspicibus, Ariolis, Mathematicis, vaticinatoribus regio-

Prop. 4. Eclog. Lucanus 7. Varro M. de V. P. R.

1. Sam. 31.

gionem tuam perpurgatam serues; secundum diuinum præceptum à *Ieremia* propheta latius explicatum. Deut. 18.
Nec verò singulari certamini ius tuum disceptandum relinquas. Nã quum omne duellum illicitum sit, quo sortiri quidem, non diiudicare res solemus, & propterea post Legem Mosaicam abrogatam, nullam a sacris literis authoritatem habeat: tum verò in Rege hoc iniustissimum est. Qui cum publica persona sit, sui ipsius potestatem non habet, propterea quod veluti cum corpore caput, ita illius salus, interitusque, cum salute & interitu reipublicę firmis nexibus, & compagibus conglutinata sunt. Plut. in Sert. & Ant.

In bello suscipiendo prudentis illius Regis in Euangelio sequere cõsilium, vt de omni apparatu bellico multò antea tibi prospicias. Inprimis verò memineris, *neruos belli* es- Luc. 14 Thuc 2. Saluſt. in Iug. Cic. pro l. Man. Demost. Olynth. 2. Liu. li. 30. Veget. 1,

ſe pecunias. Ductores vſu & experientia veteranos, milites manu prõptos, & corporis robore valentes iuuenes in delectu habeto. In Diſciplina militari retinenda aſperiorẽ

Cæſar 1. & 3. de bell. ciuil. Prob. in Thraſ.

te eſſe decet: non ſolum vt ordo ſeruetur, qui in bello non minus quam ipſa fortitudo neceſſarius eſt, & deſidia puniatur, quâ totus nonnunquã exercitus in diſcrimen vocatur: ſed etiam vt ſeditioſorum tumultus reprimantur, quo nihil in bello perniciofius, nihil funeſtius. Hiſpanum verò exemplar tibi ob oculos imitandum proponas, cuius incredibiles bellorum ſucceſſus non ab vlla cauſa alia, quàm à militaris diſciplinæ ſeueritate dimanarũt: huiuſmodi enim errores in acie committuntur, qui vix aut ne vix quidem reſtaurari poſſunt.

Cic. 1. de bell. ciu. Liu. l. 7. Xen. 1. & 5. Cyr. & & de diſcip. mil.

Quod ad perſonam tuam attinet, gnauum, vigilantem te, diligentem & laborioſum eſſe oportet. In iſto

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

autem vt & in reliquis omnibus negotiis tuis, peritiores illius artis in consilium tibi aduoces.

Cum militibus tuis familiarius conuerseris, quo eorum animos tibi deuincies; tum in munificentia exercenda sis profusior: istic enim nullus parcimoniæ locus erit. In consulendo semper lentum & prouidū, Xen in Ages. in statuendo stabilem & cōstantem, in exequendo promptum & expeditum te esse oportet. Post instructam aciem bene munienda omnia Pol.li 5. loca sunt. Nec temere adoriundus, nec timide vitandus hostis est: vtrūque maiore qua possis commoditate efficiendum est. Astutia etiam, Xen. 1. Cyr. & dolus militaris magnam laudem Thucyd.5. merentur; dummodo quod ingeniosum, idem & honestum Hæc autem si quam callide inuenta stratagemata sunt, tam recte etiam celari Isocr. ad Phil. possunt, incredibiles in bello pro Plat.9. de Leg. ducere effectus solent. Tibi semel

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

Liu. 22. & 31. Tac. 2. hist. Plut. de for.

atque iterum personam tuam discrimini offerre liceat: sed postquam fortitudinis & magnanimitatis famam semel adeptus es, videsis ne quasi gregarium militem te quotidianis periculis inconsulto obiicias; sed publico te bono inposterum reserues: neque tibi solum te natum putes, sed maiorem ortus tui partem patria vendicat: cuius etiam causa te tibimetipsi multò cariorem esse oportet.

De pace. Isocr. in Arch. Polib. 3. Cic. 1. Off. & 7. Phil. Tac. 4. hist.

Sed vt antea ad arma capienda te tardiorem esse volui, ita ad eadem deponenda non nimis festinare. Ante pacem factam, vide vt bellorum causis pacis respondeant conditiones: vnde tibi & populo tuo proueniat tuta securitas: aliâs ego quidem suaserim, iustum bellum insidiosæ paci semper esse preferendum.

Sed vt demus ad tempus hæc quę dixi à probo Rege recte obseruari: Remp.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

Remp. bene administrari: Solium suum & sceptrum Iustitiâ confirmari: salutares leges executioni mandari: populum vi armorum ab iniuriis propugnari: non tamen in eo sunt omnia: Imo nesatis, quidem: nisi ipsius Regis vita virtuti consentanea, Aulicorumque suorum actiones laudatæ, probatique mores reliquis concinant. Hinc enim omnes subditi, vel ad imitandum, vel ad fugiendum, virtutum aut vitiorum exempla desumunt. Absit ergo mi fili, vt aliquando hic rumor percrebescat, te aliis pulchra quidẽ præcepta decantare, à teipso in vita nihil hisce consonum obseruari: cuiusdicta, à factis, toto cælo dissident. E contra verò vita tua, instar legum Codicis, & speculi loco populo tuo sit; vbi & legum suarum vsum quotidie perlegant, & ex imagine tua perspiciant, qualem ipsi vitam traducere debeant.

Regis vita exemplaris. Pla. in Pol. & 4. de leg.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

Hoc autem vitæ tuæ & personæ exemplar bifariam considerari potest: Primum, in aulicis tuis ad omnẽ virtutem & pietatem effingendis, ponitur. Alterum, in animo proprio tuo omni virtutum genere & dotando, & ditando; vt summa cum dignitate populo tuo præesse possis. Nec verò satis tibi esse putes, quod innumeras animi dotes, pręclarasque virtutes intus quasi in ergastulo quodam conclusas, & constrictas teneas, nisi eas aliquãdo in lucem proferas, & exerceas; in eorum vtilitatem, & fructum, qui tuo imperio subiiciuntur. *Virtutis enim laus omnis in actione consistit.*

Plato in Theæ. & Euth.

Ar. 1. Ethic. Cic. in Off.

Primum igitur de Aulæ tuæ totaque Palatinorum tuorum institutione, accipe Regis *Dauidis*, pulcherrima præcepta, quæ cuiuis Principi Christiano aptissime conueniant. Nam si in subditis tuis regendis magnam curã ponere debeas, quanto in

Aulæ institutio. Psal. 101.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

to in aulæ tuæ administratione maiorem? in qua cum magistratus, tum Patrisfamilias onus tibi incumbit. Vt ergo quisque è populo summa cum delectatione Curialium vestigiis seu rectis, seu obliquis facilè insistit: Ita nullum tam enorme crimē ab Aulico perpetrari potest, cuius exemplum cæteris & impune, & impudice similiter peccandi authoritatem non afferat. Duplex ergo in Aula & familia tua administranda Cautio tibi adhibenda est: Primum vt prudenter eligas: tum, vt diligenter regas, quos delegeris. Cic. ad Q. Fr.

Vetus est, ex quolibet ligno nō non fieri Mercurium: Et quanquam educatio & conuersatio magna naturæ adiumenta sint, ita vt earum altera, altera merito Natura dicitur; tamen & illud etiam non tam vetus quam verum dictum est: *Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu.* Summa ergo cautio in Pa- Plat. 5. de Leg. Arist. 2. Cic.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

latinorum tuorum delectu habenda est. —— —— *Nam*

Ouid. 5. de Trist. *Turpius eiicitur quam non admittitur hospes.*

Et multa ingredietibus aditum prę-cludunt, quę semel ingressos difficilime excludunt.

Palatinorum delectus. Vniuersus autem hic Curialium cœtus & satellitium Aulicum tuum tribus potissimum partibus constat. Nam vel *Minorennes* sunt, vt *Barones* adolescentuli, qui in conspectu tuo alendi sunt: vel *pueri celeres*: vel denique *adultioris ætatis homines*, a quibus illa loca supplenda sunt, quæ à viris discretis, & prudentibus occupari solent. Ad primum genus quod attinet, quid melius facere possis, quam adhuc in pupillari ætate constitutus, in famulatum tuum cooptare illos, qui probis, & honestis parentibus prognati sunt? *In fide parentum*, quod in Baptismo fieri solet. Nam quamuis *Anima ex*

Arist. 1. &5. Pol.

Cic. ad Qu. Fra.

tra-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

traduce non oriatur, ſed immediate à Deo cælitus transfunditur; tamen certiſſimum hoc eſt, virtutes & vitia hæreditario plerunque iure à parentibus & poſteros tranſmitti, & quaſi in ſanguinem, ſeu potius, vt Iuriſconſulti loquuntur, *in ſtirpes ſuccedere*: Nec minus naturali tranſitu in quorundam progenie animi vitia propagantur; quam ipſę corporis infirmitates, quibus ſemē ipſum inſici ſolet. Tu igitur huiusmodi minores eligas, qui fidis, & integris parentibus progeniti ſunt; quorumque familiis nulla infamiæ, aut malę fidei nota inuſta eſt.

Cæteri autem adultioris ætatis Palatini tui, vitæ vt integræ & illęſæ famæ & ſine macula habeantur: Quod ſi ſecus euenerit, quid aliud iudicare homines poſſunt, quam te ſequaces & pediſſequos tibi aſciuiſſe quamſimilimos, eoſq; tam perditos & profligatos homines, amo- Plat. 6. de Leg. Iſ. in Pan. ; Ariſ 5. Pol. Dem. 2. Phil.

re vitiorum quibus inquinantur, te ad istam dignitatem euexisse? Vnde enim homines, qui intus te & in cute cognoscere nequeunt, nisi externa rerum facie, ex tuis tuorumque moribus & actionibus, quæ oculis subiiciuntur politum adhibere iudicium debeant? Proximum est, vt administri tui huiusmodi animi dotibus imbuti, & virtutibus instructi sint, quæ ad illa munia obeũda, quibus eos præfeceris, aptæ & idoneæ videbuntur. In quo Iudicii tui limam facile prodideris, dum cuiuis negotio peritos eiusdem artifices præponas. Vno verbo expediam: In delectu seruorum tuorum Regis *Dauidis* consilium sequere, vt fideles, iustos, integros terræ & oculis perlustres, & vndiq; conquiras, qui in atriis tuis apud te perpetuò commorentur.

Plat. 7. de Rep. 3. & 12. de Leg. Arist. 5. & 6. Pol.

Psal. 101.

Hereditaria beneuolentia.

Atque hìc præterire non possum quin & te admonitum, & paterna

mea

mea authoritate tibi mandatum velim, vt omnes eos in famulatum tuum aſcriptitios & commendatos habeas, quotquot mihi fidelem operã præſtiterunt, qui ad illud nimirum munus idonei reperientur: cæteri à te munifice præmiis remunerandi ſunt; eorumque poſteri amoris ergô, reliquis præferendi. Quo pacto nõ ſolum iſtorum ſeruitiorum fructum ipſe metes, (quid ni enim parentum tuorum oſores te etiam oderint, & eorum amatores, te magis diligant?) ſed etiam grata hac recordatione parentum memoriam recognoſces: & tãto magis tibi benedicẽt veteres hi ſeruuli, quod in te veteris domini bene merita agnoſcant: qui aliâs & me ſibi ademptum grauiter dolerent, te autem è medio ſublatũ ex animo exoptabunt. Me ergo defuncto verſus eos ita te geras, vt magnitudinem amoris erga me tui hoc modo exprimas; eos ſemper ad ma-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

iores honores euehendo, in quibus ego maiorem fiduciam collocarim. Id autem non ex præmiis, quibus ego eos affecerim metiẽdum est (Nã *bona fortunæ* vti nominãtur, ita plurimum fortunæ subiiciuntur) sed ex fide illa quam in eis reposuerim: Nã & multis gratificandi sæpenumero occasio mihi potius, quàm animus defuit. Ex altera autem parte non tam in eos, quos ego amauerim, amoris tui vires expromas; sed in eos etiam quos ego oderim, odii tui stringas aculeos: id est, quos à me proscriptos offenderis, vide ne tu domum reducas, neve in integrum restituas: contrarium si feceris, non tam in me maximum contemptum, quam summam ingenii tui leuitatem omnibus ostendes. Quo enim modo in filium fideles esse poterunt ii, qui in patrem fœdifragi extiterunt? Sed vt ad institutum nostrum de famulatu deligẽdo iterum

reuer-

reuertar, ſi pręſcriptum huncmodũ & formam diligenter ſequêris, omnia illa incommoda quæ mihi in pupillari ætate in delectu ſeruorum meorum mihi euenerunt, facilè euitabis. Nam ab iis penes quos tum temporis rerum ſumma erat, ſerui mei diligebantur: & non quo quiſque mihi aptior, ſed quo quis eorum obſequiis accommodatior, nutuique obſeruantior, ita mihi miniſtri commendabantur. Id quod quam plurimi eorum in primis illis motibus contra me ſuſcitatis manifeſtè demonſtrarunt: Qua de cauſa magnam inſatellitium meum mutationem introducere coactus ſum; & tamen tam mali exempli res, illiuſque temporis corruptela, multum diuque mihi negotium faceſſiuit: ab illis præſertim petitoribus importunis, à quibus iſtiuſmodi miniſtri commendati fuerunt, qui illis potius à quibus immiſſi, quam

Exemplum domeſticum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

ipſi domino à quo admiſſi, deſeruirent. Meo igitur exemplo edoctus ſis, ab iſtis tibi præſcriptis regulis ne latum quidem vnguem diſcedere; ſed ſemper huiusmodi famulos tibi ſeligas, qui tibi ſeruitio vtiles, non aliis nexu mancipio eſſe debeant.

Ariſt. 2. Pol.

Cum autem totius populi communem parentem te eſſe oporteat; ex omni loco, remoto ſtudio partiū, ita miniſtros eligas, vt non tam aliorum cupiditatum quàm ipſorum virtutum rationem habeas. Quid enim impedit quominus omnes pro tuo arbitrio tibi inſeruiant, quum tu omnibus pro tuo iure imperare debeas?

Miniſtri publici.

Sed ante omnia ſumma tibi in publicorum miniſtrorum delectu cura ponenda eſt: Eorum nimirum qui clauum Imperii tenere, & ad gubernacula Reipublicæ ſedere debeant. Nam in cæteris muneribus tuū ſolummodo priuatum commodum ſpe-

Pla. 3. de Rep. Cic. ad Qu. Fra. Iſo in Pan. & Nic. & de Pace. Thuc. 6. Plut. in Pol.

ſpectatur; in hiſce verò, totius etiam populi & publica ſalus agitur, cuius tibi aliquando omnipotenti Deo ratio reddenda eſt. Hiſce igitur muneribus pręficias viros ſpectatę prudentiæ, honeſtatis, conſcientiæ, ſatis illius artis quam tractant peritos, ab omni contentione, & ſtudio partium alienos: præcipue verò ab illo turpiſſimo aſſentādi vitio immunes: quam adulationem, *Principum peſtem, luem & ſtrumam rerumpublicarum* verè dicere poſſumus. Nām quum in prima parte hui⁹ tractatus, cauendum tibi pr ędixerim de interno illo tuo quem in ſinu geſtas adulatore, φιλαυτίᾳ: quanto magis ab iſtis externis aſſentatoribus, qui minus prope te attingunt, cauere poteris? Qui circulatorum & impoſtorum more non adulterinas modo, ſed peſtilentes & pernicioſas merces venditant: Qui niſi ex tuo interitu, & Reipublicæ ſubuerſione, nullam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

aliam ſui ambitus ſibi præmuniunt viam. Et proinde per extremum illud Iudicium, per tremendum illud tribunal, vbi aliquando cauſam dicturus es, etiam atque etiam caue, ne indignis homũcionibus ſummos magiſtratus deferas.

Quæſtores publici. De rebus autem ad ęrarium pertinentibus, Quæſtores eligas honeſtos, diligentes, facultatibus locupletes, potentiâ mediocres; vt cum ad calculum reuocandi ſunt, ab iis ſtrictam rationem exigas ſine periculo, ne quid turbæ in populo fiat: Hic error magnam mihi pecuniarũ iacturam attulit.

Cautio prudẽs. Ariſ. 5. Pol. Cic. ad Qu. Fra. Nunquam aduenas & alienigenas ſummis Reipublicæ muneribus præponas: Iſtuc enim inquilinorum animos, odio & inuidia in te & in illos exæſtuantes, ad tumultus & ſeditiones perpetuo accendet. Verum, vt antea dixi, ſi diuina clementia ad hoc regnum tuum plura acceſ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

accesserint, cuiusque prouinciȩ proprios inquilinos tibi consiliarios assumito.

Vt ergò caput hoc de delectu Palatinorum tuorum concludam: Nobilissimorum famulatu te semper oblectes; nam præterquam quod ex Nobilium seruitiis & officiis plurimum amoris, inuidiæ parum redundare in te solet (id quod in nouis hominibus contra fieri videmus) tum verò, vt antea dixi, generis nobilitatem virtutes comitari similes plerunq; inuenies.

Plat. in 1. Al. in pol. & 5. de leg.

Arist. 2. œc.

Nunc ad alteram partem descendamus, de iis, quos delegeris, famulis rectè regendis: in quo vide vt Aula tua aulicorumque tuorum cœtus, virtutis, pietatis, honestatis reliquo populo lumen & facem prȩferant: In eorum moribus & vita perpetuas excubias agito, ne vel tantillum à recta via deflectant. Quomodo enim leges & constitutio-

Aulica disciplina.

Id. in Panath.

nes tuæ in prouincia obſeruentur, cum in Aula & Regia domo etiam ad latus tuum violentur?

In Curialem legirupam acerbius quàm in quemuis alium animaduertas: Neque patere quemquam iſtorum, dum tuæ gratiæ & benignitati imponere volunt, in ciuium tuorum bona & poſſeſſiones inuadere. Pro ſua cuiuſque natura & moribus, ita illi vel domeſticum vel alienum te præbeas. Hominem contentioſum cane peius, & angue effugito. Natura mites & fide ſpectati tibi ſemper ab intimis ſunto, præcipue verò à cubiculis.

Ari in Pol. Tac. 1. hiſt. Val lib 2. Curt. 4.

Nemo tuorum alienis negotiis curioſe ſeſe immiſceat; ſed tanquam Turcarum illi milites prætoriani, quos *IanniZZaros* vocant, te ſolum parentem agnoſcant, tuum tantum bonum procurent. Quod ſi quis amicorum & propinquorum rebus ſeſe interponere velit, per te liceat: Nam

De- moſt. 8. Phil. Sal in Cat. Liu. 22.

Nam quum nulla iam tibi vel agnatio, vel cognatio ostentanda sit, sed æquo iure cum omnibus bonis viuendum; quid minus decet, quàm factiosorum hominum, & partium studiosorum ducem te & antesignanum profiteri?

Administri tui ad modestiam & obedientiam condocefacti, ne præter id, quod par est, sapiant. Vt qui grauiter peccârunt sine venia amouendi sunt: Ita sine iusta causa, nemo temere abdicandus est: Singuli autē cum aulici, tum reliqui subditi tui pro eorum meritis *præmio* & *pœnâ* retinendi; in quo vno omnis rectæ administrationis fundamentum est positum. Singuli prout apti & idonei videbuntur, ita negotiis præponantur. Caue autem ne vnus omnia administret; ne & ipse intumescat, & cæteri hoc illi inuideant.

Tac. eod. & 1. Ann.

Reip. basis.

Aris. 5. Pol. Tac. in Agr. Dion l. 52. Xen. in Ages. Isocr in Sym. & ad Ph. Id. de permut. Cic. ad Quin. Fr.

Homines simplices & veraces

qui vel aſſentando, vel diſſimulando nihil reticent, hi tibi in deliciis ſunto. Maledicos obtrectatores minime feras; firmam concordiam, & amorem non ſimulatum inter tuos ſtabilias: denique vno verbo vt dicam, in palatio tuo pax excolatur; inuidia relegetur; modeſtia foueatur; perditus luxus exterminetur; humilitas euehatur; ſuperbia reprimatur: in omni autem Aulica tua diſciplina is modus & ordo teneatur, vt cum exteri huc te inuiſum aduolent, cum Regina *Sheba* tuam pru-
1 Reg. 10. dentiam, Regiæ domus maieſtatem, aulicorum tuorum ornatum, & decorem admirentur.

Coniugale cõſortiũ. Summum autem omnis cõſortii, & ſocietatis bonum, non aliunde, quàm à proba, & pudica cõiuge ducenda pendet. Nulla enim tam arctè cõiuncta quàm vxoris ſocietas reperitur: hęc ſola *caro ex tua carne, Os ex*
Gen. 2. 23. *oſſibus* tuis, vti *Adamus* de *Eua* loquitur:

tur: & quia certo constare nõ potest, num tu funus meum prius, quam tuam spõsam ducere debeas, breuiter hac in re meum cõsilium tibi exponam.

Primum igitur cogites velim, coniugio nullum maius a Deo immortali siue bonum, siue malũ hominibus immitti, pro ratione eiusdem secundi vel aduersi successus. Sed quum sine benedictione diuina in ista coniunctione nihil prospere euenire queat; Tu igitur in vxore deligenda, tum in eadem regenda, ita teipsum & compares & prępares oportet, vt benedictionem hanc tibi accersere possis.

Prępararionem tuã eam volo, vt corpus tuum purum, putum, sine labe & macula impollutum vxori tuæ tradas: id enim suo iure sibi vendicare poterit. Quorsum enim tu castam tibi virginem postules, quum tuum corpus luem contraxerit? *Præparatio coniugii.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

aut cur dimidiatam tui partem purgatam desideres, alteram autem partem pollutam retineas? Et quamuis probe sciam obscœnam istam libidinē à maxima hominum parte inter leuia delicta numerari; tibi tamē in mentem veniat, quid in primo libro de conscientię rectæ testimonio dixerim: Singula enim delicta & legum transgressiones, nō ad hominū leuiculorum fragilem trutinam, sed ad Dei cum Legislatoris, tum Iudicis diuinam censuram æstimanda sunt.

Audī verò Diuini Numinis, ex ore Pauli, præceptum: *Abstineas à fornicatione: Nullus enim mœchus regnum Dei possidebit.* Audi Diuum *Ioannem* grauius in istuc crimen inuectum, qui istiusmodi spurcissimos in *canum & porcorum numerum aggregat*; indignos *qui sanctam illam ciuitatem Hierusalem ingrediantur.*

1. Cor. 6. 10.

Reu. 22. 15.

Iam verò tecum perpēdas velim, si quis

ſi quis ita animum induxerit ſuum, vt leue illud delictum putet, quod Deus graue & capitale crimen iudicet, ex libidine & appetitu, non conſcientiæ norma omnia peccata metiens. quid ni idem etiam in reliquis rebus omnibus fecerit, ad quas turbido quodam animi impetu deferatur? Tandem verò eò prouehatur amentiæ, vt Dei loco efferatas ſuas cupiditates dominari ſinat: Quę alia de iſto homine ſpes eſſe poterit, quã, indomitæ ſuæ cupiditati tanquam furioſæ dominæ, qui mancipio ſeſe dederit, vt ab eadem certiſſimam perniciem & interitum expectet?

Libidinis periculoſi effectus.

Sed quoniam ita omnes comparati ſumus, vt domeſticis exemplis plus percellamur, paulò altius tecũ perpendas, quantum illud Regis aui mei, & meum patris tui inter ſe differant coniugia. Illius incontinẽtiæ à deprauata educatione profectæ, quod aliud præmium fuit, quã duo-

rum pulchellorum Principum ſi-
Exemplum domeſticum. mul & ſemel funeſtus interitus? V-
nica filiola hærede relicta; quam an-
tequam vel aſpicere vel benedicere
potuit, mors ipſum oppreſſit: Quo
pacto duplici clade populum ſuum
affecit: ætate infantula, ſexu fæmi-
na, quæ poſtea regnum adminiſtra-
ret?

De diuina autem in me benedi-
ctione, quanto maiorem continen-
tiam mihi indiderit, & vberiores e-
iuſdem fructus largitus ſit, tu ipſe
& tui ſimiles teſtes eſſe poſſitis lo-
cupletiſſimi: quos non diffido, quin
ille Deus pro ſua infinita miſericor-
dia ſaluos & ſoſpites mihi conſer-
uabit, & eoſdem etiam augendo in
longam poſteritatem propagabit.
Ne ergo te pigeat ab omni immun-
ditie perpurgatum tuum corp9 ſer-
1 Cor. 6. 19. uare, quod *Templum eſt Spiritus ſan-
cti:* Omnibus voluptatum illecebris
tanquam Syrenum cantibus aures
tuæ:

tuę occludendę ſunt; virtutes à vitiis ex ipſa rerum veritate, non hominũ opinione rite diſcernendę ſunt.

Tres autem præcipue in cõiugio conſiderandæ cauſæ ſunt, ob quas primum à Deo inſtitutum ſit Poſtea tria alia accidentia non negligẽda; quę tamen quouſque & quatenus petenda ſunt, modo primariis illis cauſis nihil derogetur.

Tres primariæ cauſæ ſunt, *Ad libidinem perdomandam, Ad liberos procreandos, Ad ſeipſum conſolandum ex hac commoda, & iucunda ſocietate.* Ne igitur matrimonium differas in ſenectutem vſque: nam ad ſedandas & reſtinguendas iuuentutis cupiditates inſtitutum fuit. Regi autem ob bonum publicum mature vxor ducenda eſt. Neque verò quamcumque ob cauſam vxorem ducas vel ætate, vel natura, vel accidente ad procreãdos liberos minus habilem, aut impotentem: duplex

Matrimonii institutio.

Ar. 7. Pol.

Id. eodẽ

hoc in Rege peccatum foret, & in ſeipſum & in rempublicam: neque aliquam ducas vel malè moratam, vel malè eductam: Nam vt adiumento, non impedimento viro eſſet, fœminam natura in lucem procreauit.

Tria autem illa accidentia ſiue acceſſoria, quorum ita ratio habenda eſt, ne principali derogetur, ſunt hæc: Pulchritudo, Diuitiæ, Affinitas: quæ omnia à diuina benignitate dimanant. Ex pulchritudine amor in vxorem accenditur, & vagę libidines euitantur: Diuitię & Affines ſubſidiariam operam cõferunt, quò maiori ea adiumento tibi eſſe poſſit. Quod ſi acceſſoria iſta pluris quàm par eſt, æſtimentur, principaliora autem negligantur, quod plerunq; vſuuenire ſolet: Quemadmodũ ea, ſi bene vtaris, magno emolumento eſſe poſſunt; ita ſi deprauatè, in tuam perniciem cõuertentur. Quid enim

Matrimonii acceſſoria.
Aeg. Ro. 2. de reg. pr.

vel

vel opes vel forma proderit, ſi quis aliquam ab inferis Proſerpinam vitæ ſuę conſortem nactus ſit? Tum demum & nimis certò & nimis ſerò experieris, venuſtatem ſine veritate, potentiam ſine prudentia, affinitatē ſine honeſtate, nihil aliud eſſe quàm deformem vetulam, fuco obductā, & vnguentis delibutam; quàm mortifera venena aureo poculo propinata.

Tu verò, mi fili, in coniugio tuo primarias illas tres cauſas potiſſimū reſpicias: quę omnes à prima eiuſdē inſtitutione profluunt: Et *cætera omnia adiicientur vobis.* Et propterea mea hęc optio eſt: vt cęteris paribus eam potius duceres, quæ eandem tecum religionem profitetur. Et quā quā cum ſummo dolore meo, Principum Proteſtantium potentiorum numerus valde exiguus ſit, & propterea tanto maiores in iſto conſilio difficultates oriantur; tu tamen etiā

Matth. 13.

Cautio præcipua in matrimonio.

atque etiam cogites velim, quì fieri possit, vt tu & vxor tua vna caro sitis, & vnionem plusquam Platonicam illam Monadem excolatis, & tamen duabus Ecclesiis oppositis vosmet quasi membra subiiciatis: *discrepans religio, discrepantes semper mores secum introducit*: & dissentio vestrorum Theologorum discordiam etiam in populo gignet, dum à vobis ipsi exemplum sumunt. Tum verò ne malè educentur liberi vestri magnum imminet periculum. Neque in eo tibi placeas, quod eam ad tuum arbitrium effingere & efformare te posse speres; in eo omnium prudentissimus ipse Salomon lapsus est. Constantiæ vero siue fructus, siue flosculi, vereor in nostris hortulis ne non nascantur.

Cauēdum ab infecto sanguine.

Tum verò quid maius, quid difficilius in omni vita moliri aut aggredi quis poterit, quam vxorem ducere?

Plat. 5. de rep.

re? de primo præsertim matrimonio loquor. Nam si vilius & abiectius infra suam sortem & conditionem, primam vxorem duxerit, vix aut ne vix quidem vnquam postea famam & existimationem suam recuperabit.

Postremo eundem delectum in vxore tua feceris, quem in famulis tuis, vt stirpe integra & incorrupta sit, non hæreditariis morbis vel animi, vel corporis inquinata. Nam si in canum & equorum genere delectus habeatur, quanto magis in liberis nostris procreandis solliciti esse debemus? Hæc in coniugio tuo si rite obseruaueris, magnam & conscientię tuę, & honoris, & naturalis boni successorum tuorum rationē habere videberis. Cic. 2. de Diu. Arist. de gen. An. Lucr. 4.

Maritus cum sis, coniugale tuum promissum Deo factum inuiolatum serues: id totum in vna re facienda, in altera fugienda positum est.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

In vxore tua maritali amore tractãda (ea dimidium tui est) & in corpore tuo nulli alteri communicando; cuius illa & proprietaria & vsufructuaria iure suo existit. Hic iam à turpissimo illo adulterii vitio pluribus te dehortari non erit necesse. Illud solum

Pla 11. de Leg. Is. in Sym. obliuisci nõ debes, quid solenni illo die Nuptiali Deo spoponderis: cuius sponsionis vi & virtute sola, hæreditarium illud ius successionis ad liberos tuos descendit, id quod nullo alio modo fieri poterat: æquum igitur est, vt ea pro virili tua parte à te præstari debeat.

Periurii crimen Deum semper a-

Cic. 2. de leg. cerbum vltorem habet: Neque verò elusorium illud, aut iocosum iuramentum dici debet, quo Regna hæreditario iure liberis deferuntur. Quin Regis aut mei exemplum tibi ob oculos continuo obuersetur: cuius adulterium vnicæ suæ filiolę & hæreditam calamitosam cladem at-

tulit

rulit, poſtquam funeſtum illum ſpurium procreaſſet, qui contra & ſororem & Reginam ſuam nefariè & impiè arma geſſit. Quid autem boni deinceps in illius poſteros ex tam perdità & profligata progenie redũdarit, *Bothueli* flagitioſæ molitiones, & proditoriæ machinationes argumento eſſe poſſunt. Religio ergo tibi ſit coniugalia pacta temerare, niſi diuina benedictione te priuari expetas.

Quomodo autem erga coniugẽ tuam te gerere debeas è ſacris literis documenta haurias; quaſi propriæ carni tuæ, ita illi indulgeas, ſed tanquam dominus imperes; vt adiutricem foueas, vt pupillam regas: Quæ iuſta & debita ſunt lubens concedas: Sed in alienis rebus ne curioſa nimis ſit, erudias; tu illi capitis locum, illa tibi corporis vicem ſuſtinet: Tuum eſt dominari; illius obtemperare; ita tamen ſuauiter & muſico quodam

Ariſt. 8. Ethic. & 2. Pol. Xen. & Ariſt. in œc.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

concentu hæc temperanda ſunt, vt nihilo illibentius illa ad parendum, quam tu ad imperandum accedat. Tu præcedas, illa prompte ſubſequatur: tuus amor illi ſoli firmis nexibus conglutinatus ſit; illius viciſſim affectus omni ſtudio tuæ voluntati officioſe ſubiiciantur.

Vt concludam, tria hæc diligenter cuſtodias: Nunquam patere vt vxor tua in publica adminiſtratione ſeſe intromittat: ſed in domeſticis ſolum negotiis ſe contineat: atque hæc etiam tuo arbitrio moderanda ſunt. Caſto & ſobrio, modeſto, & honeſto gynæceo ſtipata maneat: nam lubricus, & fragilis fæminarum ſexus. Nunquam vno eodemque tempore in iracūdiā ſimul prolabamini: ſed quum illam commotiorem videris, tu tuam bilem ratione compeſcito: nam ſedata ira, in quo illa offenderit rectiꝰ iudicabis illa autem cum ad ſeſe redierit, & ſu

Ariſt. 1. Rhet. Plat in Menon. Aegid. R de Reg. Pr. Plat. 5. de Rep. & 7. de Leg.

um er

um errorem facilius agnoſcet,& tuã reprehenſionem reuerebitur. Si Deus prole te bearit, ſollicitus ſis de proba & liberali eorum educatione. Ita eos diligas, vti æquum eſt: ſed tantum ſaxis reſciſcant, quantum natura & ingenium eorum poſtulabit. Tui etiam amore & timore perpetuo in officio retinẽdi ſunt Quod ſi tria hæc regna tuo iure obtinueris, primogenitum tibi *Iſacum* conſtituas, reliquis depriuatis poſſeſſionibus proſpicias: ſecus enim ex familia erciſcunda & hæreditate diuidunda ipſum ſemen diuiſionis & diſcordiæ in poſteros tuos transfundi neceſſe eſt. Id quod huic Inſulæ contigit ex illa partitione inter filios *Bruti*, *Locrinum*, *Albanactum*, & *Cambrum*. Quod ſi forte nullam à Deo ſobolem acceperis, proximo in ſucceſſione, nulla à te fraus, nulla iniuria fiat. Regna enim & imperia à Deo ſolo dantur, legantur.

Regis officiũ in liberorum educatione.

Pl. in Th. & 5. de rep. & 6. & 7. de leg. Ar. 7. Pol.

Cautio ad liberorum diſcordiam vitandam.

Polib. 1.

In Regna nõ cadit Alienatio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

Nos autem vſufructuarii tantum ſumus: neque vlterius vel Regibus, vel populo, ſuos hæredes exhæredandi poteſtas vlla conceſſa eſt.

Plat. in Pol. Cic ad Qu. Fr. Quemadmodum autem Palatinorum tuorum cœtus reliquo populo exemplo eſſe debeat; Ita tu Aulicis tuis lumen, & ſpeculum pręferas, cuius ſplendor, famulis tuis rectam virtutis viam commonſtret, & viuam tuarum virtutum imaginem referat, ad quarum imitationem ipſi ſedulo contendant.

Vera Temperantiæ vſus. Ariſt. 5. & 6 Pol. Cic 1. Off. 2. de Inu. & in Par.

Non eſt quod ego iam quatuor moralium virtutum tibi ſcholam aperiam: trita hæc, & Regia via eſt. Id ſolum dico, vna harum Temperantia reliquarum virtutum regina tibi eſto. Nec verò vulgari more Temperantiam illam intelligo, quę in *guſtu* & *tactu*, & in iſtorum duorum ſéſuum moderatione conſiſtit: ſed illá potius moderatam prudentiam, cuius vi primum tibi ipſi modum imponas;

ponas, tum abſoluta quadam poteſtate indomitis tuis animi affectibus frænum iniicias poſtremo; iuſtar periti medici omnes vitæ tuæ actiones prudenter & ex arte permiſcere, nõ confundere ſcias. In omnibus igitur non ſolum affectibus & perturbatis animi motibus, ſed etiam in actionibus tuis virtuti maximè cõſentaneis, Temperantiam hanc & moderationem tanquam ſummam ducem ſequi oportet. Etenim quantumuis Sanctimonia inter præcipuas illas, & maxime neceſſarias, hominis Chriſtiani virtutes numeretur; vtpote quæ à vera cognitione timoreque Dei deriuetur: Tamen (cuius etiam te in primo libro commonefactum memini) & in hiſce tuis exterioribus actionibus ab illo fonte licèt profluentibus, modus quidam & modeſtia, ratio & moderatio adhibendæ ſunt. Idem iam mihi de Iuſtitia dicendum eſt, earum virtutum quæ

Sãcti-monia.

Regiæ propriè ſunt omnium maxima.

Iuſtitia. Plat. 4. de Leg. Ar. 1. mag. mor. Cic 1. Off. pro Rab. & ad Qu. Fra. Sen. de cl.

Iuſtitiam exerceas, ſed ea moderatione temperatam, vt in tyrannidem minime degeneret. Secus enim, *Summũ ius ſumma ſæpe iniuria eſt.* Exempli gratia: Si quis ſpectatæ probitatis vir à latronibus obſeſſus, ad iuſtam ſui defenſionem & inculpatam tutelam, vnum eorum fortè fortuna interimat: Illi & numero plures, & vitâ perditi & profligati homines etiam, fama publica innoteſcunt: Hic vnus & ſolus, vir integer & illæſę famæ; ſed quia nulli teſtes oculati reperiātur, qui de primo aggreſſore certum teſtimonium perhibere poſſunt, num igitur vir honeſtus in diſcrimen capitis vocabitur, & mortis pœnam luet? Pręterea, legibus noſtris municipalibus cautum eſt, nequis ſub grauiſſima mulcta pecuniaria vicini vel perſonam inuadere, vel limites violare au-

ſit:

sit: vicini equus forte fortuna in vicini pascua irrumpit, eademq; depascit: num igitur dominus equi tribus librarum millibus mulctandus est, quia hoc modo quadrupes pauperiem fecerit? Minime verò gentium. Leges enim ad humanam societatẽ tuendam, & ad bene beateque viuendum, non ad homines circumueniendos ordinatæ sunt. Et proinde non ex nudis verbis, sed ex vero sensu & mẽte earum leges interpretationem sortiantur. Nam *Ratio est Anima legis.*

Aris. 5. Ethic. & 1. Rhet. Cic. pro Cecin.

Et quod hactenus de Iustitia, idem nunc de Clementia, de Magnanimitate, Liberalitate, Constantia, Humilitate cęterisq; Heroicis virtutibus dicere liceat. *Nã in medio cõsistit virtus.* Sed tamẽ astutia & fraude diabolica factum est, vt extrema illa duo vitia, vicinitate boni, eiusdem simulachro fucum nobis nonnũquam faciant: cum tamen interi-

Falsa extremorũ repræsentatio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

Extrema in quo cõcurrãt.

ſta nulla prorſus ſimilitudo ſit. Ipſa etiam extrema, quanquam inter ſeſe oppoſitione quadam aduerſari ſibi inuicem videantur: tamen quò altius tendunt, eò facilius ad extremũ, pyramidis more, in idem punctum vtraque coeunt. *In infinitis enim omnia concurrunt.* Quę enim tandem differentia eſt inter proiectam illam tyrannidem, quæ vniuerſi generis humani interitu ſeſe oblectat, & abiectam in puniendo tarditatem, qua cuique in vicinum, & ſocium ſuum tyrannico modo ſæuire, & graſſari permittitur? Aut quid quæſo aliud eſt illa perdita prodigalitas, qua luxurioſe profundendo omnia amittimus, quàm extrema auaritia, qua accumulando diuitias, nullis omnino gaudemus? Aſellorum more, qui in tergo planè ſaginam geſtant, ipſi interim inedia miſeri pereunt. Quid etiam intereſt glorioſus *Nebuchadnezzar*, faſtu & pompa totus tumidus,

dus, & præpoſtero Puritano in humilitate efferato, ad paritatem ſuam prouocanti, nihil aliud quã vermes, & cineres prędicanti, & tamen iura, & leges Regibus præſcribenti, cum ipſe nullum frænum, vel à rege, vel à Lege patiatur? Mea quidem ſententia, maiorem ſępenumero ſub iſtiuſmodi hominis ſordido palliolo, quã ſub Alexandri Magni purpura faſtũ & arrogantiam latitare deprehendes: id quod de Diogene aliquando ſimili iure dictum fuit.

Ante omnia verò contendas vt propriam artem tuam ad vnguem ediſcas. Ea nihil aliud eſt, quàm bene imperare: Id cum dico, omnes tibi artes addiſcendas ſuadeo. Nam niſi omnes noris, quì fieri poteſt, vt omnes corrigas? id quod proprie tuũ attingit officium. Præter inſtitutionem igitur illam quam à præceptoribus acceperis, neceſſarium erit, vt in librorum lectione, & omnium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

rerum licitarum cognitione temet oblectes: duplici tamen hac cautione adhibita. Primum, vt ſucciſiuas horas tibi ſeponas, neque publici tui muneris executionem interrumpas:
Id. 2. de fin. Tum, ne ocioſam illam rerum ſcientiam curioſe affectes, ſed vt tibi vſui & publico bono eſſe poſſit: illam autem cognitionem ad actiones vitæ communis & muneris functionem accommodes. Neque leuium
Id. 1. Off. iſtorum Aſtrologorum ſimilem te eſſe volo, qui dies noctesque Cæli motus, & ſyderum curſus inueſtigant, non aliam ob cauſam, quam vt ſuæ ipſorum vanitati, & ſimilium curioſorum deſideriis ſatisfaciant. Sed quum omnes artes & ſcientiæ communi quaſi vinculo inter ſe cõnectantur; ſumma autem & maxima earum principia in vno eodemq; cõſentiant: (quod eleganti inuolucro poetę obtexerunt, dum nouem Muſas omnes ſorores eſſe fingerent) tu
hiſce

hisce artibus inuigiles, vt ex earum harmonia & concentu omnium scientiarum cognitionem elicias: quibus etiam ab intimis consiliis te esse volo, vt tāto facilius eas in ordine & modo conseruare queas, quod antea à me dictum est. Leue .n. onus est rerum scientia, cuius grauitate aut pōdere nunquā vel humeros tuos premi, vel molestia te affici senties.

Sacræ literæ. Primum igitur in sacris literis te versatum esse oportet: non solum vt de salute tua certior fias, verum etiam vt Ecclesiasticos tuos in officio continere queas, tanquam *vtriusque Tabulæ custos*. Eos enim rectè gubernare non minimam muneris tui partem esse duco. In primis autem cauendum est, ne eos errare aut vagari ab instituto in suggestis sinas. Quod si in pacata & tranquilla republica viuere expetis, interminare illis, ne rebus politicis & forensibus sese vnquam immisceant: Et qui pri- *Deut. 17*

mum hoc tuum pręceptum temerare ausit, grauem pœnam luat. Nunquam quicquam contra eos vel dicas vel facias, nisi authoritate & rationũ momentis munitus sis, nec pluribus disceptare contra eos tibi conducit. Ego nimium illis hac in re, etiam ad nauseam vsque, indulsi: eorum autẽ mos est nunquam cedere. Ecclesiasticorum conciliabula & conuenticula, nisi te sciente & permittente, ne feras.

De Legibus Municipalibus. Plat. 4. de Rep. & 6. de leg. Arist. 1. Rhet.

Secundum à sacris literis locum, tuarum legum cognitio occupet. Nam quomodo de iis rebus iudicare poteris, quas non cognoueris? Enitere vt omnes tam constitutiones tuæ, quàm processus Iudiciarii breuiter & dilucide, quoad fieri poterit, expediantur: certoque tibi persuadeas harum rerum prolixitatem, cum dissolutam varietatem, tũ ambiguam obscuritatem semper gignere: Breuiora quæque & certiora

&

& expreſſiora ſunt: Longę autem iſtæ ambages ad nihil aliud vtiles ſunt, niſi ad Aduocatos & amanuenſes locupletandos, cum ſummo totius prouinciæ damno & detrimento. Nec te pigeat publicos conſeſſus & tribunalia frequentari, modoſq; procedendi ſtudioſius indagare; vt ſi fortè quis vel ambitus vel largitionis reus deprehendatur, quam fieri poſſit acerbiſſime puniatur. Neque te ab iſto incepto deterreat tua à quibuſdam expectata gratia & fauor, qui tua pręſentia expeditiorem ſperent Iuſtitiam. Quanquam in eo potius gratificari debeas tenuioris fortunæ hominibus, qui à negotiis ſuis tam diu litibus vacare nequeunt, quique ſæpe etiam à potentioribus impediuntur. Cum verò eò acceſſeris, memineris locum illum in quo conſideas, non tuum ſed Dei tribunal eſſe: & propterea nullus fauor, nulla gratia te ab eo quod iuſtum &

Cic. 1. de Orat. Sen. in Lud.

Publici cōſeſſus frequētandi.

Plat. in pol. Ar. 1. rhet. Cic. ad Qu Fr. *Plut.* in Iſo.

æquum eſt dimoueat; nullus ibi locus, vt antea dixi, vel amicis gratificandi, vel inimicis obſiſtendi, ſed vt Iuſtitiæ inſeruias. Tibi etiam inter Iuſtitiam & Æquitatem diſtinguendum eſt. Neque enim miſericordia commotus in pauperem, diuiti auferas quod ſuum eſt, quia ſatis habet quod det: ſed & breuioris ſtaturæ homini largiorem tunicam adiudices, ſi modo ad illum iure ſpectat: Xenop. a. Cyr. Ita errorem *Cyri* iunioris in hac re facilè effugies: Nam & Iuſtitia vi legis ſuum cuique diſtribuit: Æquitas autem in arbitrariis Iudiciis cuiq; illud dat, quod æquũ eſt, & quod melius illi conuenit.

Conſilium ſecretius. A ſecretiore conſilio tuo rarius abſis. In illo conſeſſu, de publicis Regni negotiis, deque inſolentum hominum iniuriis reprimendis agitur. In illo iudicio res qua poſſis ſuccincta breuitate & perſpicuitate tractentur: neque ibi vllis Aduocatis

Cic. ad Qu. Fr. Tac. 1. Nit. Plut. in Dem.

aut

aut dilatoribus locus ſit, ſed vnusquiſque ſuam cauſam oret. Te verò querelas oppreſſorum audiendi tædium non capiat: Aut ne *Rex ſis*: Singulas cauſas ad ſua ordinaria iudicia remittas, & confuſio euitetur: tuum verò id munus erit, vt ſingulos ad ſtrictam ſui officii rationem reddendam reuoces.

Proximum eſt, vt te ad lectionem Hiſtoriarum Authenticarũ & Chronologias euoluendas adhorter, pręſertim verò in domeſticis noſtris Hiſtoriis te verſatiſſimum eſſe cupio: *Ne ſis peregrinus domi*: Nam & iſtiuſmodi exempla te propius attingunt. Neque tamen famoſos illos Libellos *Buchanani*, aut *Knoxii* Chronica, intelligi hìc volo: Si quod huiuſmodi ſcriptum ſuperſtes inueneris, eiuſdem depoſitarii legis ſeueritatem perſentiāt. Nam in eo Pythagoræ diſcipulum te eſſe velim, vt exiſtimes ipſos manes iſtorum ſe-

Hiſtoriarum lectio.

Plat. in Men.

ditionum flabellorum μετεμψυχώσει quadam in eorum corpora trāſiiſſe, qui eorum vel libros retinent, vel dogmata defendunt: quos non minore ſupplicio plectendos cenſeo, quàm ſi ipſi authores iam à mortuis eſſent reſuſcitati. Ex hiſtoriis Authenticis & Chronicis legendis praxin cum θεωρίᾳ coniunges, & prȩterita cum prȩſentibus conferes. *Quia nihil nouum ſub ſole*: Ea eſt rerum humanarum volubilitas, & inconſtantia, vt ad Cæleſtium orbium motus quaſi in circulo omnia voluantur: Quod in *Ezechielis* inſomnio de Rotis pulchrè depictum, & in Poetarū *rota Fortunæ* ingenioſe effictum legimus. Legendis autem Hiſtoriis quomodo verſus & publicos Legatos te gerere debeas facile addiſces: pariter etiam diſquirere & diſceptare res ad eorum ſtatum & gubernacula pertinentes. Inter prophanas autem Hiſtorias præcipue tibi commen-

Ar. 11. Rhet. Pol. 1. Plut. in Tim. Cic. 2. de Orat. Ecc.eſi. 1. Ezech. 1.

mendatos habeas *Commentarios Cæsaris*, cum propter dictionis suauitatem, tum ob materiæ dignitatem. Hęc enim mea semper fuit opinio, illum vnum reliquis omnibus quicunque aut sunt, aut fuerunt, paganis Ducibus & Imperatoribus in rei militaris & vsu, & præcepto, multis gradibus antecellere.

Reliquis etiam literis humanioribus te mediocriter excultum esse cupio: sed magnum aliquem in iis magistrum aut professorem te nihil moror: Id enim esset à maioribus tui muneris negotiis te auocare: Et cum *Archimedis* exemplo te circulos & semicirculos in puluere ducente patria ab hoste capta erit, quàm indigne id populus tuus tulerit, cogitare poteris. Mathematicis etiam te tinctum esse non nocebit, pręsertim ad artis militaris peritiam, ad castrametandum, ad aciem instruendam, ad loca tum muniẽda, tum obsidenda, & id genus alia.

Artes humaniores: Sen. ep. 84.

Liu. l. 24. Plut. in Marc.

Mathematica. Plat. 7. de Leg. Arist. 2. Met.

Iſta autem ſciẽtia tua vide ne pla-
Iac.2.17. ne mortua ſit, vt Diuus *Iacobus* de fi-
de loquitur. Sed in quotidianis vitæ
tuæ actionibus factis eluceſcat.

Veram magnanimitatẽ amplexare;
De Magnanimitate Ariſt. 4. Eth. Sen. de cl. *non in vltione & vindicta* ſumenda;
in qua maxima hominum pars adul-
terato iudicio magnanimitatem po-
nunt; ſed è contra potius, qui te of-
fenderit, indignum eum putes cui
ſuccenſeas, tuæ iracundię imperan-
do, in eoq; triumphando, quod tibi
ipſi vel inuito veniã extorqueas. Vi-
Cic. 1. Off. Vir. 6. Æneid. res autem iracũdiæ tuæ parce & fru-
galiter depromas: ac ſi eas data ope-
ra reſeruare cupias ad domeſticas in-
iurias repellendas, & inuaſores caſti-
gandos, tum etiam ad externas im-
preſſiones propulſandas, iuſtoque
bello hoſtem coercendum. Quum
verò inſignem aliquam iniuriam de-
prehenderis, da & concede aliquan-
tulum iracundiæ tuæ, vt inſtar tor-
rentis cum impetu decurrat. *Iratus*

Rex:

Rex Leo rugiens. Humilitas non simulata tibi in precio sit: omnis fastus exulet, cum in Deum, tum in parentes: nõ enim materia, sed vsu differs, idque diuina prouidẽtia, à quouis è populo infimo. Quod si contigerit, vt vxor mea defuncto me superstes extiterit, illam, sub pœna maledictionis meę, debito suo honore ne defraudes: *Bersheebam* tibi à dexteris in solio colloces: nulla de causa illam offendas, ne dum iniuria lædas: illius memineris

Pro. 20. *Humilitas.* Plat. 4. de leg. Xen. 2. de dict. &fac. Socrat.

Quæ longa decem tulerit fastidia menses.

Quod ex illa tuam carnem & sanguinem desumpseris: nec verò Iuuenum nostrorum Baronum more prima tua bella matri indicẽda sunt. Tu verò vt ab illa optime mereri cõtendas: neq; te cum multis decipi sinas, qui parentum suorum maledictionem, quam non sunt meriti, vt ipsi inquiunt, nihili faciunt. Absit vt isto modo Naturæ ordinẽ inuertas,

Valuasforum Minorum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

præcipiti in parentes iudicio, præſertim cum propria tua cauſa agatur. Immo hoc tibi perſuadeas, parentũ, ſeu benedictionem, ſiue maledictionem, certam quandam diuinationis in ſe vim & virtuté continere. Quod ſi nihil aliud eſſet, ideo Parentes honore proſequendi ſunt, vt longęuus eſſe poſſis: quod ab ipſo Deo in lege ſua promiſſum accepimus. Illos etiá qui *loco parentum* tibi ſunt, honore
Exod. 20. Xeno. 1. & 3. Cyr. afficias: quales ſunt gubernatores, inſtitutores, & præceptores tui, quibus & gratiam referre, & præmia conferre neceſſum erit. Id & obligatio & exiſtimatio tua à te efflagitant.

Cic. ad Qu. Fra. Sed videndum etiam eſt, ne ex iſta vera humilitate tua iuſta indignatio vel tardior vel remiſſior fiat, ſi quãdo inſignes inuaſores & oppreſſores in conſpectum tuum prodire auſint: Iſtiuſmodi enim feroci vultu, truci aſpectu, minacibus verbis perterre-

terre-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

terrefaciendi ſunt. Quod ſi ſub ſpecie & ſimulachro Iuſtitiæ (vt ſæpenumero fit) tenuiores homines ab iſtis potentioribus opprimantur, neque id iure corrigi, aut refici poſſit: id ſaltem fiat, omni gratia & fauore tuo penitus excidant: & quum occaſio tulerit, potentię tuę aculeos ſaxis perſentiant: neque alio modo iniuſtos iſtos, quàm in Chriſti parabola duos illos debitores tractādos censeo.

Arif 5. Pol.

Mat. 18.

Veram conſtantiam aſſequere, non ſolum vt probis & honeſtis beneuolum te & humanum oſtendas; ſed etiam vt *inuictum animum* in rebus aduerſis retineas: non inſenſibili illa Stoicorum ſtupiditate, qua plurimi noſtris temporibus, veterē illam ſectam imitando, gloriam venari volunt; & tamen in omni vita morum ſuorum leuitate & inconſtantia, tam grauem profeſſionem ementiuntur. Et quanquam è ſaxo,

Vera conſtātia.

Ariſt 4. Eth. Thuc 3. 6. Cic. 1. Off & ad Q. F.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

aut robore dolatus non ſis, ita vt calamitates non ſentias; earum tamen ſenſus aciem tibi mentis adeo non præſtringat, vt ad ſalutaria quæque conſilia capienda, optimaq; indagãda remedia omnem tibi viam & aditum præcludat.

Munificētia. Cic. 1. & 2. Off. Sal. in Iug. Sen. 4. de ben.

Veram magnificētiam verſus bonos omnes exerceas, quod in tuum honorem & incolumitatem cedat: ſed ea tamen cum ratione modoque, vt vnuſquiſque pro ſua menſura à te accipiat: in quo ordinis, virtutis, neceſſitatis cuiuſque ratio habenda eſt. De vectigalibus tibi ſedulo proſpicias, & ne temere ſine cauſa profundas. Inprimis autem cauendum, ne ordinarii Coronæ tuæ reditus imminuantur, quibus & tuum, & ſucceſſorum tuorum decus Regium conſeruari oportet; *Ne exhaurias fontem liberalitatis*: illud autem *ſacroſanctum & extra commerciũ* cuſtodiri conuenit: aliter enim libe-

rali-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

alitas in prodigalitatem degenerabit, si dum aliis prodesse vis, tibimet ipsi, & tuis successoribus noceas.

Ante alia nolite locupletare, noua & grauia populo tributa imponendo; sed tuorum opes, & facultates, certissimas tuas diuitias existimato. Delinquentium mulctę qui nullo alio modo refrenari possunt, tibi iusto in lucro deputẽtur. Quod si bellorũ necessitate, vel alia de causa extraordinaria nouæ pecuniarum viæ, noua subsidia à populo conquirendæ sunt: id rarius tamen feceris: ipsæ autem ad eos vsus, quorum causa inuentæ sunt, conferantur. Tu autem in istis collectis tuorum subditorum *fidus solũ depositari⁹ sis*. Prudentiæ autem vis maxime cernitur in delationibus veris à falsis diiudicandis; in quo quidem persona, delatoris primum consideranda: secũdo, quanti eius intersit, bona vel mala, delatæ partis conditio, tum ac-

Isoc. 7. ep. Xen. 8. Cyr. Phil. Cõ. 10. Aris. 5. Pol. *Delatores.* Iso ad Phil. in Panath. & de per. Cic. ad Q. Fr. Plut. de Curio.

cuſationis ꝓbabilitas, ſeu veriſimilitudo: poſtremò mores & vita prçterita delati. Apage autẽ iſtos delatores vaniloquos, maledicos, ſuſurrones, ſycophantas de quibus eleganter in Trinummo ſuo Plautus. Et quanquam verum illud ſit, niſi occultando, Principem res magnas efficere non poſſe; multo tamen ſatius erit, quid veri, quid falſi in delatore ſit, explorare, quàm nimia credulitate innoxium & innocentem falſa ſuſpicione condemnare. Nam quum hæreditarius Tyrannorum morbus ſit ſuſpicio, exulceratæ conſcientiæ fructus; in alteram partem peccato potius, id eſt, ne cuiquam huiuſmodi crimen ſuſpicioſe affingas, qui illius criminis ſemper antea inſci[9] fuerit, atq; ignarus

Iſo. de pac. Cic. 3. Off.


Vt ergo totum hoc caput, quod ad mores & conuerſationem tuam pertinet, concludam; cogitandum tibi eſt, fontem & authorem omnis

boni

Deum immortalem esse, qui nescio quo instinctu, & Naturę lumine mirificum ipsarum virtutum amorem hominibus ingenerauit: quod veterum Romanorum exempla ad viuũ demonstrant. Tu igitur elabora, vt quantum tuis ciuibus ordine & gradu, tantum etiam omnibus virtute, & pietate præluceas: cuius in omni vita tuà assiduus vsus temporis progressu in confirmatum habitum euadat, atque vt legum tuarum auditores, ita actionum tuarum spectatores, cum oculis, tum auribus allecti ad virtutis amorem, vitii odium, recta sine prolapsione perducantur.

Cic. 3. Tusc.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A



DE
REGIS OFFICIO
IN REBVS INDIFferentibus.

Liber Tertius.

C.ph.8. 3 deleg. Quin. 4 dec.



Etus & verum eſt, Regis vitam magnis theatris propoſitam eſſe: cuiꝰ ſingulæ actiones, minimiq; geſtꝰ fixis oculis ab omni populo cõſpiciantur. Sit ergo quã velit in munere ſuo exequendo Rex accuratus: populus tamen, qui extremam tantum faciem videt, ad Subſtantiam diſcernendam per accidentia diducitur. In exterioribus leuior eſt & diſſolutior? quidni præiudicata quadam opinione idem etiam de interiore Regis mente certo ſibi polliceantur? Quod quanquam Tempo-

re

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

re veritatis Indice contrariis manifestatum effectibus, facile euanescit: *Interim tamen patitur iustus*: nã ex præiudicata hac opinione oritur contemptus, contemptus omnis rebellionis mater, & procreatrix: & pręterea, certo certius est, singulas has vitæ nostræ actiones, quæ *indifferentes* appellantur, certis quibusdam nexibus vel cum virtute vel cum vitio colligari, ab iisdemque pendere, prout benè vel malè administrentur: neque enim inter ista magis, quam inter ipsorum mercedes, Cœlum, & Gehennam, tertium aliquod aut medium assignari potest.

Actiones indiferẽtes. Pla. in Phil. & 9. deleg.

In eam igitur curam incumbe, mi fili, vt omnes hasce medias tuas actiones ita effingas, & efformes, vt ad interiores animi tui virtutes efferendas non nihil afferant adiumenti.

Vniuersę autẽ vitæ nostrę indif-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

Actionum indifferentiũ 2. genera. ferentes actiones in duo genera diuidi possunt. Nam vel in rebus necessariis, quomodo nos gerere oporteat, vt in victu & vestitu, somno, gestu, loquendo, scribendo, & id genus aliis; vel in rebus non omnino necessariis, sed licitis tamen & conuenientibus, quales sunt ludus, iocus, exercitatio, societas, conuersatio, & hæc animi causa.

Res indifferẽtes necessariæ Rebus autem indifferentibus necessariis, etsi per se carere non possimus, atque hac ratione proprie indifferentes dicendæ nõ sunt, quemadmodum etiam si modus, & ratio in iisdem non adhibeatur, sed ad alterum extremum deflectam⁹, quod est in vitio: modus tamen, & forma iisdem vtendi, virtutis aut vitii speciẽ referre poterit, & magno esse vtriq; subsidio.

Vt ergo à rebus necessariis ordiamur, inter Regis illas actiones indifferentes, illa quæ magis publica est,

quæq

quæque in oculis, & luce plurimorum, præcipue Exterorum, maximè versatur, est Publici victus ratio, & quomodo in mensa se gerere soleat.

Regibus igitur hic mos inualuit, publice victum capere: atque vt idẽ faciant valde conuenit, nõ solum ne hoc illis vitio vertatur, quod societatem, & conuersationem minus ament, quod Tyrannorum propriũ est, sed etiam dum priuata victus ratione delectantur, ne hoc ideo facere videantur, vt gulæ & ingluuiei epulones tantò liberius clãculum indulgerent, quod publice conspici erubescerent.

Mensæ tuę apparatus splendidus sit: Appetentiæ tuæ paucis ferculis satisfacias: idem *Cyrus* minor factitauit: quod & sanitati magis conducet, & ab illa nimis lauta & delicata victus ratione, quę gulam proxime attingit, magis est alienum. Xen. 1. Cyr.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

Plut. in Apoph. Cibis paulo craſſioribus & cómu-
nibus veſci aſſueſcas: cum vt corpo-
ris vires magis augeantur, ſiſque &
ad pacis & belli labores tolerandos
infractior, tum vt libentius ſubdi-
torum tuorum menſis conuiuia acci-
piare, cum videant te hoſpitem non
multi cibi: quod ſi contra fieret, &
tibi hic luxus & faſtus vitio dabi-
tur, & illi indignabundi ad hæc tibi
præſtanda officia accedent multo
Sen. ep. 96. tardiores.

Victus autem tui ratio ſimplex o-
mnino ſit, ſine compoſitionibus aut
condimentis, quæ ad medicámenta,
quam ad alimenta propius acce-
dunt. Hęc nimia lautities apud vete-
res Romanos pro turpi vitio habita
eſt: cuius vſus eſt ſolum, vt guſtui
noſtro imponat, non naturæ neceſ-
ſitati ſatisfaciat. Atque hoc nomine
Sen. de conſolat. ad Alb. *Apicius* ciuis Romanus malè apud
ſuos audiuit, quod comeſſationibus
ſeſe ingurgitaret, abdomini totus
dedi-

deditus. Quid autem cum Romanis tum Græcis magis infensum & odiosum fuit, quàm illud deforme & monstrosum *Philoxeni* optatum de collo Gruis? At quanto laudabilius illud omnium penè in ore vulgare dictum, *Optimum Condimentum fames*: quo vno omnes istæ falsarum appetitionum imposturæ facilè refelluntur.

Iuuen. saty. 2. Aris. 4. Ethic.

Xen. de dict. & fac. Soc. Laert in Socr. Cic. 5. Tusc.

Alterum in cibo, & potu vitium cauendū, Excessus est, id est, Crapula & ebrietas; vitium in Rege omnium turpissimum: tāto autem magis hoc cauendum est, quod non, vt cætera vitia languescit, sed vires acquirit senectute. In modo autem & forma victum capiendi, nec te nimis rudem & agrestem tanquam Cynicum, nec præter modum mollem aut effæminatum esse oportet: sed viriliter, rotundè, decorè omnia facienda sunt. In mensa, negotiis & seriis cogitationibus planè supersedē-

Plat. 6. de leg. Plin. li. 14.

Cic. 1. Off.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

dum. Vultus tum hilaris & apertus
prę te ferendus eſt: feſtiuitatibus in-
dulgendum; facetis hiſtoriolis ali-
quid temporis dandum eſt: vt hoc
modo vtilia iucundis admiſceantur.
Quod ſi id non placeat, tum iucun-
dis, & acutis, ſed honeſtis ſermoni-
bus tempus conteratur.

Sed quum cibus ſomnum prouo-
Somnꝰ cet, vide, vt in ſomno etiam modera-
Plat. 7. tio teneatur: in quo magnam vim
de leg. habet conſuetudo. Memineris au-
tem ſi vniuerſa hæc vita tua in qua-
tuor partes diſtribueretur, tres earū
in cibo, potu, ſomno, aliiſque ne-
gotiis non neceſſariis conſumeren-
tur.

Quamuis autem ſomno ciboque
Victus plerunque ſtata ſua tempora deſti-
ratio. nata ſint; tu tamen ita te in iſtis aſſue-
facias, vt ſingula temporum momē-
ta pariter habeas: vt inde rebus ge-
rendis victus ratio ancilletur, non
cibo negotia famulentur: in vtroq;
verò,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

verò, tam cibo, quàm ſomno, molli &effeminato viuendi generi vide ne nimium indulgeas, præſertim cum caſtra tibi ſequenda ſunt.

Camera tua caue ne nimium frequens ſit, cum ocio & quieti vacare velis: cum vt indecorum vitetur, tū ne dicta vel facta tua palam effutiantúr. *Camera.*

Cubicularios tuos fidos & ſecretos eſſe oportet: Nam multa Regi occultare vtile erit: & tamen etiam in ſecretioribus tuis eo modo te geras, vt ſi in publico foro prædicanda eſſent, minime tibi pudori forent. Qui tibi à cubiculis ſunt, illęſę, &integræ famæ eſſe debent. *Cubicularii quales.*

Caue inſomniis tuis ne nimiam fidem adhibeas: omnes enim hæ reuelationes ac diuinorum vatū prædictiones Chriſti aduentu effectum & finem ſortiti ſunt. Ne ergo te ominoſa præſagia aut inſomniorum terriculamenta quicquam contur- *Inſomnia negligenda.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

bent. Hunc errorem inſcitia produxit, homine Chriſtiano planè indignum: cui illud Pauli liquido conſtare debet, *Omnia eſſe pura puris*: fidelib⁹ nullum, vel ciborum, vel dierum diſcrimen.

Rom. 14. Tit. 1.

De victus ratione iã diximus. Proxime ſequitur, vt de veſtitu dicamus: hęc enim actio ſomnum communiter ſubſequitur.

Veſtitus.

In veſtibus modum adhibeas: neque ſis luxurioſe prodigus, nec ſordidè auarus, nec meretricio more comptus; non deſidioſe indutus tanquam iners, aut ruſticus; non leuiter & inepte vti Cretenſis miles, aut aulicus iuuenis, nec grauiter nimis, veluti Theologus.

Iſoc. de reg.

Sis in veſtitu aptus, mũdus, decẽs, honeſtus: omnẽ ornatum negligas, ſed adſit tamen quædã incuria grata: mediam teneas viam inter Togatos & paludatos, inter grauitatem vni⁹ & alterius leuitatem: vnius grauitas al-

Cic. 1. Off.

teri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

terius leuitate temperanda est: vt in- Pl. de reg.
de significes mixtam tui muneris rationem: vtramque te professionem participare: Togati tanquam Iudicis & iura prescribentis; Paludati quasi gladii potestatem habentis. Nec hoc solum, sed ex Ecclesiastica, & ciuili composita tua conditio est: neque enim Rex mere laicus dicendus est, vt Papistæ & Anabaptistæ hallucinantur, cui errori etiã Puritani nimium astipulantur.

Sed vt ad propositum redeamus, omnis vestiendi ratio ad primã illam Dei Institutioné reuocari debet: in quo tria potissimum consideranda sunt. Primũ, vt obscœniores nostras partes occultet: secundo, vt gratiam quandam & decorum afferat: tertio, vt ab æstu & algore nos defendat. Si ergo vestes primum inuentæ sunt vt obscœniores corporis partes procul à sensibus amandarent, quid indignius, quam in ipsa vestium for-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

ma aliquam turpitudinẽ oculis ſubiicere? & ſi nobis decoro & honeſtati eſſe debeant; quid minus decet, quam vt compoſitis quibuſdam lenociniis ad turpiſſimam nos libidinem exſtimulent? qualia ſunt meretricii iſti fucus, cicinni, calamiſtrata coma: & ſi invita hac noſtra ab inclementia cæli tutanda, earum vis plurimum cernitur; quę tandem amentia hæc eſt, tanquam ſaxa inanimata adeo Deum cõtemnere, nullamque vel temporum vel tempeſtatum rationem habere, ex calore & frigore gloriam captare?

Et quamuis Principi magnæ laudi ducatur, vt algoris & æſtus patiẽs ſit, præſertim cum in aciem & campum procedendum eſt; tamen multò magis conuenire arbitror, vt quis armatus & veſtitus, quàm nudus & inermis in prælium deſcendat: niſi ideo fortè leui armatura indutus incedat, vt eò facilius in pedes ſe coniiciat:

ciat:

ciat: Quanquam timidis & meticulosis *metus soleat addere alas*. Breuiter, in te vestiendo ratio & proportio quædam tenenda est, cum anni temporis, tum ætatis tuę.

De modo & forma ne sis admodũ sollicitus; sed ad communem consuetudinem, præsentemque vsum omnia accommodes: nõnũquam maior sumptus, aliquando etiam minor tibi adhibendus est, prout occasio tulerit; neq; certæ alicui regulæ aut normæ adhærendum est. Nam si istiusmodi occupationibus animus tuus tot⁹ destrictus reperiatur, quid ni in numerum istorum ascribaris, qui *compti iuuenes* cognominantur? quo fiet vt & ingenium & iudicium tuum tantò minoris ęstimetur. Ante alia verò caue ne in vestibus mollis aut effæminatus sis, neve ex Narthecio vnguento oleas.

Cic. 1. Off.

Ar. ad Alex.

Tempore belli, tibi & licet, & expedit in vestitu pompa & magnifi-

centia in vultu maiestate animique magnitudine, cæteros omnes vincere. Tu etiam caue sis ne te omnib⁹ deridendum propines, dum demissum capillum & longos vngues pręter modum excrescere sinas: nam cum naturæ excrementa hæc sunt, tum homines vel vanos, & leues, vel naturâ vindictæ cupidos facilè arguunt: nihil verò ineptius, quàm in hisce rebus exterioribus ad victum, & vestitum pertinentibus votorum religione sese obstringere.

Quæ arma aulæ conueniant.

Militaria Induméta nec tibi, nec aulicis tuis ordinarie portanda sunt, sed ea solum quę Nobili & Equestris ordinis viro digna sunt: qualia sunt ensis, gladius, pugio. In aula enim grauis armatura, perturbationem indicat in prouincia. Nō solum ergo omnia illa offensionis arma parricidarum & sicariorum propria, legib⁹ interdicta, vti bombardæ, sclopeti, de quibus antea diximus, sed prodi-

toria

toria etiam istadefensionis arma, loricæ, thoraces, & idgen⁹ alia quæ occulte gestantur, aspectumq; fugiunt, longe ab aula exulare oportet. Nam preterquam quod qui hæc portant malitioso id animo facere presumũtur, tum illis vsibus carent, quibus hæc defẽsionis arma destinata sunt: ii sunt, vim vi repellere, & hostib⁹ oculorum aciẽ splẽdore suo prestringendo, metum & terrorẽ incutere: Immò verò ad vtrumq; horum prorsus inutilia sunt: nec tam ad resistendum imbecilla, quam ad accipiendos ictus periculosa: Nihil indicii aduersus hostes præbentia: ideo solum inuenta, sub fidei prætextu, vt fidem datam fallant, quod viris ꝓbis semper probro esse debet, Aliud simulare, & aliud præstare. Adistuc, quid aliud habent quod respondeant, nisi illud, *Vetus Scotorum consuetudo est*? At verò Antiquitas sine veritate vetustas erroris est: id quod

etiam de Miſſa dici poterit, quæ adeo apud maiores noſtros inualuerit.

Proximus iam ſequitur de ſermone ſermo: cui etiam geſtus adiungẽdus eſt: nam & actio ex precipuis illis rebus vna eſt, quæ in Oratore requiruntur. Vt lingua aures percellit, ita actio oculos auditorum afficit. Cum in oratione tum in actione, natiuus quidam, non fuco illitus, dicendi modus adhibendus eſt. Nam vt Gallorum prouerbio vtar, *Nihil ſimulatum laudabile*: In vtroq; autẽ omnis affectatio fugienda.

Sermo. *Geſtus.* Ariſt. 3. ad Theod. Cic. in or ad Qu. Fra. & ad Brutum Cic. 1. Off.

In ſermone ſis apertus, honeſtus, naturalis, decorus, purus, breuis, neruoſus, in quo, duo extrema vitia vitanda tibi ſunt: neq; enim ruſtico & corrupto Idiomate vtendum, nec è libro aut atramento, ſcribarum tuus ſtilus accerſendus; nedum molliter, & effeminate loquendum eſt.

Ora-

Oratio tua naturalis, pura, ſenſibilis ſit: qua id, quod ſentias eloqui poſſis; certis & ſolidis fundamentis nixa; grauitate, acumine, hilaritate temperata, pro re ſubiecta, & tẽporis occaſione.

Neque dicteria è Theologicis petenda, vel ſacræ literæ in comeſſationibus & compotationibus, id quod nimis multi faciunt, ad ſcurriles iocos, & facetias ꝓphanè detorquendæ ſunt.

Idem etiam in geſtu modus adhibeatur: neque inertem & ſtupidum pedantem referas, nec inſolito & inſolenni geſtu, peregre reuerſum militem glorioſum imiteris: ita autem teipſum ad patrios mores accõmodes, vt in geſtu tuo nihil niſi naturale, nihil niſi graue & decorum appareat. In officioſa vrbanitate parcus ne ſis: id enim non tam inciuile quã arrogans iudicabitur, neque in nutu aut geſtu profuſior: illa popula-

Cic. 2. Off.
Phil. ad Alex.
Cic. 2. Off.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

Arist. 4. Eth. Cic. ad Att.

ris ratio *Absalone* quam legitimo Rege magis digna: semper autem ad præsentem actionem similis gestus estormandus est. Cum pro Tribunali sedeas, aut publicos legatos audias, cum maiestate grauitas; cũ priuatim inter tuos verseris, domestica familiaritas; cum iocis, aut facetis sermonibus intersis, iucunda hilaritas; cum bello & militaribus negotiis præsis, in vultu heroica magnanimitas fac elucescat. Hoc vnum etiam tibi iterabo, vt in sermone apertus & sensibilis sis: nam præterquam quod lingua mentis sit internũtia, nimias in Rege & animi & pectoris angustias redargueret, si quãdo obscure, nedum minus verè loqueretur, quasi cuiusquã formidine veritatem reticeret.

Iso. de reg. & in Euag.

Cic. 3. Off.

Id. 1. Off.

Ratiocinãdi forma.

Aliud tibi sit, ratiocinando res argute disceptare, aliud vltima sententia res diiudicatas definiendo declarare: in superiore iucundum & patientem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

entem, vti hominem priuatum, non tãquam Regem te mõstres oportet: Aliâs enim si disertus sine aduersario esse vis, nec contradicentem feras, quidni pro authoritate satis, pro ratione parum te dixisse omnes iudicent?

Sed in muneris tui administratione maturo Iudicio deliberandum est, priusquam definiendo, sententia pronuncietur: qua semel pronunciata, omnis postea contradictio cum tuæ maiestatis authoritatem diminuere, tum ipsum processum Iudiciarium in infinitum protrahere videbitur. Eadem etiam forma ab omnibus magistratibus & iudicibus inferioribus obseruari debet.

Sentẽtia tuæ acquiescendum.
Is. ad Nic.
Cic. ad Q. Fr.

Nunc autem ad stilum tuum & scribendi genus quod attinet (id nihil aliud est, quam quædam loquendi forma quasi in album relata) in eo vide vt perspicuitatem, breui-

Principis stilus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

tatem, dignitatem conſecteris, cum in publicis edictis tuis, tum præcipue in literis ad Exteros Principes miſſis. Quod ſi vel ingenii impetu, vel quadam animi inductione aliquid proſa, ſiue verſu ſcriptis mandandum cenſeas, bona quidem cum venia hoc facere poteris: illud ſolũ cauendũ eſt, ne dum longa nimis opera aggrediaris, à muneris tui functione auoceris.

Cic. 1. Off. In hiſce autem ſcriptis tuis vide ne nimium tibi aſſentando placeas, ſed priuſquam in lucem prodeant, alicuius in ea arte periti examẽ ſubeant: quæ quoniam veram animi tui imaginem poſteritati referant oportet, caue nequid in iis indecore, ne quid turpiter, aut inhoneſte à te dicatur: *Horatii* illud præceptum imitare,

Nonumq; prematur in annum.

De Arte Poetica. quod & de ſoluta, & de ligata tua oratione intelligi volo.

Pri-

Primus ergo ſtili tui feruor, quo ſcripta hæc ſunt, ad tempus deferueſcat: tum deinceps antequam in publicum emanent, tu tibi alienus iudex & ſeuerus cenſor eſto: & vide num *Decies repetita placebunt:* Quia *Neſcit vox miſſa reuerti.*

Si opera te digna edere cupias, materiam ſubiectam, dignam te, ſeligas oportet; in qua plus virtutis quam vanitatis inſit: obſcuritatem effugias: perſpicuitate te oblectes. Quod ſi carmē tibi componendum eſt, memineris ſummas poetæ laudes eſſe, non vt copia & delectu verborum fluat, aut omnia ad numerũ apte cadãt; ſed potius, vt quum ſtrictior illa oratio in vagam, laxam & diſſolutam conuertatur, tam diues tamen ea & inuentionis acumine, & poetarum floſculis & pulchra aptarum ſimilitudinum varietate reperiatur, vt etiam adhuc antiquum carminis nitorem, & priſtinam verſus

Id. eod.

Ar. de Arte poetica.

venuſtatem retinere videatur.

In vernacula autem lingua hæc à te ſcribi velim: nam neque Græci nec Latini quicquam intentatum iam reliquerunt: & ſatis multi quotidie è ſcholis prodeunt magiſterculi, qui in hiſce linguis tibi pares eſſe poſſunt: quid verò Regem magis deceat, quam propriam ſuam linguam ab omni illuuie purgatam locupletare? & nouis quibuſdam ornamentis condecorare? cuius elegantia, vt etiam & in reliquis rebus quibuſcunque, modo licitis & honeſtis, omnibus ſuis ciuibus ipſe ſolus palmam præripiat?

Plat. 6: de Leg. Ar. 7. & 8. Pol. Cic. 1. Off.

Rerum autem minus neceſſariarum quę modò licere & expedire dignoſcuntur, nulla in Principe maiorem laudem & cõmendationem habet quã corporis exercitatio; in huiuſmodi nimirum ludis iociſq;, quibus corporis vires adaugeantur, ſanitas conſeruetur. Nam quamuis

Regi

Regi maxime necessaria sit ingenii exercitatio, sine qua nimia socordia & inertia exhebescat, & plane rubiginem contrahat necesse est: Tamen & corporis exercitationem, ludos & certamina magna etiam in laude ponimus, nō solum ad ocium & desidiam omnium vitiorum procreatricem planè exulandam, verum etiam vt corpus ipsum ad labores sustinendos confirmatius & durabilius efficiatur: id quod Regi maxime conducere arbitror.

Ex isto numero eximendi sunt omnes illi ludi, & certamina rigida nimis & violentia; vt pila pedalis, non ad confirmanda, sed debilitanda potius hominum membra, curaque suffringenda accommodata: tum verò Funambulorum illa ars, qui Pla.eod. Histrionum & gesticulatorum, & Mimorū more de pane lucrando solummodo certant. Illa verò exercitia, quæ ante alia ego tibi magis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

commendari velim, in quibus tam
modus tenendus eſt, hæc ſunt: cur
rere, ſaltare, luctare, rudibus certa
re, tripudiare, pila reticulari, & pal
mari ludere, iaculari, pilam malle
percutere, & id genus alia, pulchra
iocoſa, & cāpeſtria certamina. Lau
Xen. in Cyr. Iſoc. in Iug. dabilia quidem hęc fuerunt, ſed ma
iore honore digna ſunt illa, quæ n
niſi equo conſcenſo, monſtrari poſ
ſunt: neq; quicquam eſt quod Prin
cipem magis vel deceat, vel conde
coret, quam ſi artem Equeſtrem o
ptime norit. Tu ergo huic rei in
cumbas, vt equos militares & gene
roſos perdomare & regere ſcias: v
quod *Philippus* de *Alexandro Ma
gno* idē & ego de te merito dicere poſ
ſim, Μακεδονία ϭ σε χώρει: pręcipue ve
Plut. in Alex. rò ad illos ludos & certamina eque
ſtria te aſſuefacias, quæ rectum ar
morum vſum etiam in equo te do
cere poſſunt, qualia ſunt in cōcurſu
equorum velitatio, haſtiludia, *tor*

nea

ramenta vt vocant: nec tam eminus hasta, quam cominus etiam gladio repugnare discas.

Hic iam facere non possum quin venationem in medium adducam, iam nimirum quę canibus venaticis expediri solet: quæ reliquis venationum speciebus honorificentior, nobilior & præstantior existit. Nam ex insidiis feram adoriri, & sclopetis & balistis traiicere, aut venabulo trãsuerberare, quam proximè id latrocinium accedit: & Gallicis quidem canibus venari minus militare mihi videtur.

Venatio. *Canes odori & saga ces.*

Sed nè à nimio studio & amore in venationem profecta videatur laudatio mea, ad *Xenophontem* veterem illum & celebrem scriptorem te remittendum censeo: cui neuter nostrum, vel beneficio, vel iniuria cognitus, vt alterutri assentandi sit occasio: ab illo ad iuuenem Regem instituendum, sub persona *Cyri* effigi-

Canes celeres & fuga ces. 1. Cyr. & de rep. Lac. Cic 1. Off.

em iusti & diligentis Imperii desu-
Cyropædia. mere poteris.
Aucupium. Aucupium verò vti condemnare nolo, ita parcius laudare necesse est: propterea quod ad militiæ speciem minus prope accedit, quam venatio, quæ & hominem fortem, & robustum, & equitãdi etiam peritum reddit. Tum verò fortuitis casib⁹ magis obnoxium, & quod omnium deterrimum est, turbidorum animi affectuum, & incitamentum, & fomentũ existit: sed in omnibus istis ludis iocisq; is modus & moderatio tenẽda vt nullum officii faciendi tempus prætermittatur: id semper religiose obseruandum est. Vt ergo tu officii tui causa ortum habes, ita hæc tibi & nata & data sunt exercitia, vt promtius & paratius ad officium faciendũ accederes. Arist. 10. Eth.
Ludi domestici. Iam verò ad quietos illos, seu desides potius, & domesticos ludos iocosque descendamus; quibus homi-
ne

ces tempus ipsum non tam conte-
rere, quampotius sua sponte tanquã
satis currẽtem equum, vt in prouer-
bio est, stimulis agere solent. Isti au- Ar. 8. Pol.
tem etsi neq; ad corporis nec animi
exercitationem quicquam profici-
ant, omni tamen ex parte reiicien-
di non sunt: quandoquidem non-
nunquam illa loca supplere solent,
quæ si vacua essent, ociosis & perni-
ciosis cogitationibus nimium pate-
rent: *Quia nihil potest esse vacuum.*
Minime igitur quibusdam nostri se-
culi curiosis hominibus, sed doctis
tamen, adstipulari possum, qui char-
tis pictis, talis & tesseris, & huiusmo-
di aliis fortunæ ludicris omnino in- Dan. de lusu aleæ.
terdicunt, quanquam aliâs eos tan-
quam graues & religiosos viros ma-
gni facio: in eo enim falluntur, quod
fragili argumentorum fundamento
nitantur: id eiusmodi est, Talis & tes-
seris ludere sortiri est, hoc autem illi-
citum: Ergo. In quo vide quantum

hallucinentur: Nam & sortis iactus primum ad eruendam veritatem introductus est, quæ nullo alio modo liquere potuit: Et propterea quædã species diuinationis est habita. E cõtra verò nemo ad istos ludos accedit indagandæ veritatis causa; sed solum quantum velit pecuniarum, in euẽtum chartarum aut talorum periclitatur: haud secus ac si quis de canis aut equi cursu, pignore certaret. Hæc igitur si illicita sunt, omnes similiter pignoribus concertationes, quæ de incertis rerum euentis instituuntur, illicitas esse oportet. Sed neque à me hæc ita dicta intelligi volo, quasi leuiculorum ludionum in me patrocinium susciperem, prę-sertim eorum, qui facultates & tempus, cuius precium perpauci ęstimãt, in decoctorum & luxuriosorum circulis continuis consumunt: minime

Cic. de Off. verò gentium. Immo potius amandandi huiusmodi ludi sunt, vbi ista

morum

morum corruptela vitari nõ poteſt: tibi certe nonnunquam venia hæc concedẽda eſt, quum nihil aliud habes, quod agas, (id quod diligẽti Regi rarius accidit) corpore male affecto, cęlo ingrato, & iniucundo; tum, inquam lege nõ refragante, ad iſtos ludos, omnemq; animi remiſſionem deſcendere poteris. Talorum verò luſus, qui vel à fortuna, vel à verſatili manu & colluſoria iacientium arte totus pendet, perditis decoctorib9, & prodigis militibus magis conuenit, quę ad tympani ſonitũ omnia ſua exponunt. Scaccorum ludus Philoſophicum planè deliriũ eſt, quo homines alioquin prudentes ſępius nimia cum ratione inſaniũt. Nam quũ omnia hęc ludicra ideo primo inuẽta ſint, vt poſtquã rebus ſeriis & grauibus ſatisfecerim9, negotiis defeſſi animis paululum relaxemur & reſpiremus: contrarium prorſus in ludo ſcaccorum euenit: cuius imaginarię,

Scaccorum ludus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

pugnæ, multiplices difficultates, & variæ fortunæ vices, quasi de Troiano bello ageretur, ita ludétium animos exagitant, vt multo maiores ex ipso ludo, quã ex præteritis negotiis molestias percipiant.

Quæ in ludẽdo regulæ tenẽdæ sunt.

In Ludendo autem tria à te obseruari pręcepta cupio: Primum, priusquam ludas, cogites te solum animi causa id facere: quicquid precii loco deposueris, te totum id periclitari. Proximum erit, vt non plus in certamen afferas, quam cuius iacturã inter pueros & atrienses seruulos facile patiaris. Postremo, sincere, integre, & bona fide ludas; sine decipulis, sine fraude, aut veteratoria arte, ne mẽtiendi cõsuetudo quasi per iocum tibi obrepat: Quod si fortè has ce regulas tenere nequeas; si me audire velis, ab omni prorsus ludo abstineas: Neq; enim ex iactura perturbatum animum, nec desiderio lucri machinatam fraudem, ludum iocũq; quis dicere poterit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

Iàm verò in omni negotio suſci- piendo, cum in ludis & exercitatio- nibus, tum in grauibus tuis & ſeriis negotiis, aptos tibi & cōmodos ad- iungere ſocios non licitum ſolum e- rit, ſed etiam neceſſarium: ſed prout occaſio ſeſe obtulerit, ita temporum momenta diſtinguenda erunt. Pro vtriuſq; etiam ratione ſocietas tibi deligenda eſt. A venatoribus de pu- blicis regni negotiis, conſilium ne petas: neque verò publica tua nego- tia, venādi aut ludendi tempore ex- pedire tibi oportunum erit. Similis etiam ętatis tuę temporum ratio ha- benda eſt, ad quam & exercitia & ſo- dalitia tua aptè accommodari opor- tet: cuiuſque enim ætatis & perſonæ ſui mores, ſua conditio eſt: à quibus aberrare in vitio ponimus: noua au- tem, inuſitata, abſurda, ſumma cum cura vitanda ſunt: ne in illam ſatyrici Poetæ reprehenſionem incidamus.

Sociorũ delect⁹.

Iſo. de reg. Cic. 1. off.

Ariſt. 2. ad Theod.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Iuuen.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

Ludorum verò socii & æquales tui, ex probis & honestis personis eligã-tur, non vitiosi, aut infames, obscœna iocosis immiscentes, Quia

Corrumpunt bonos mores colloquia praua.

Menan. Inprimis autem cauendum tibi est, ne in cœlibatu tuo leuicularũ fæminarum in cõsortiis & colloquiis frequẽs, aut nimiùs sis: illinc nihil, præter *Irritamenta libidinis*. Et ne malè tibi consulas, dum ludiones tuos seu facetos scurras tibi in consilium aduoces: neque cum istis Mimis & comicis quotidie cõuerseris. Hęc enim Tyrannorũ oblectamenta sunt, qui Comœdiarum, & Tragœdiarum nõ tam authores, quam actores etiãsese gloriantur: vnde *Philoxeni* poetæ *Syracusarum* Tyranno cõtumax respõsum iam in prouerbium venit: *reduc me in latomias*: Nec verò iam moriẽs Nero quicquam de se magnificenti predicabat, quam illud, *Qualis artifex pereo*: peritũ citharœdum & Tragœ

Plat. 3. de Rep. Ar. 7. & 8. Pol. Sen. 1. ep. Dionys. Suid. Sueton. in Ner.

gœdum ſeſe innuens: & certè quid aliud vniuerſa eius vita, quam Tragœdia extitit?

Te fidibus canere minime decet, multo minus mercenariis inſtrumẽtis ſonare, aut artem tenere mechanicam. Iſtis *Animæ ſedes in extremis digitulis*, inquit diuinus *Saluſtius*: cuius opera, cuiuis tum Principi, tum homini Chriſtiano lectu digniſſima, cupio te Nocturna verſare manu, verſare diurna. Ex hilari amicorum tuorũ conuictu, ab importunis quorundam petitionib9 nonnunquam te liberes: Homo enim cũ ſis, rationum momentis, nõ importunis poſtulationib9 te commoueri oportet: Qua de cauſa, & ad Maieſtatem etiã tuam magis augendam, neq; meo exemplo cuiuis & quouis tempore tã facilis ad te pateant aditus, teque è contra Regum *Perſarũ* more, quaſi in carcere cõcluſum, & penitus obſeratum eſſe decet, quin certas quaſ-

Curt. & Liu. 35. Xen. in Ag. Cic. ad Q. Fr.

dam horas etiam publice ſupplicantibus præſtituas.

Quum verò ſperem (id quod ſæpius dixi) te Diuina prouidentia ad plura Regna natũ eſſe, omni & tuo & tuorũ aulicorũ conatu, & ſtudio cõtende & elabora, vt in rebus indifferentibus ſenſim, paulatimq; cætera tua regna pertrahas ad imitationẽ illius, quod inſtitutum melius, magiſque excultum, quod tuo imperio, tuiſque legibus magis morigerum inueneris: magna enim in hiſce reb⁹ indifferẽtibus adiumenta ſunt, quibus ad virtutis imitationem populi tui incitentur. Sed aduerte, ne cogere eos velis, quos ducere poſſis: in quo temporis & occaſionis cõmoditas tibi captanda eſt, & opportunitati inſeruiẽdum: in quo plurimum iuuabit, aſſidua cõuerſatione & mutuis connubiis incolas cuiuſq; prouinciæ ita inter ſe conſociare, vt tẽporis progreſſu facile in vnum coaleſcant:

Prudẽs cautio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

lescant: id in istis duabus regionibus tanto facilius præstari poterit, quod vnam tantum Insulam Britanniam efficiant, & vnam eandemque cum linguam tum religionem vtræque retineant. Quemadmodum autem præterlapsis seculis ex diuturnis illis & cruentis maiorum nostrorũ bellis, capitale quoddam & hæreditariũ odium duabus hisce nationibus ingeneratum est, quo alii in alios exardescerent: Contraria etiam ratione si mutuis amicitiis, commerciis, matrimoniis duæ istæ nationes in vnũ quasi corpus compactę & coagmentatæ fuerint, ex mutua ista naturali coniunctione, amorisq; nexu indissolubili, miros & incredibiles ꝑduci effectus necesse est. Cuius rei, fauẽte Deo, præclara satis iamdudum fundamenta iacta videmus: quibus inueterata illa vtriusq; nostrũ odia iãpridem deferbuerunt, seu penitꝰ extincta potius sunt; quod ex nulla alia

Vnionis effectus vtiles.

causa profluxit, quam ex felici illa & diuturna inter me & charissimã sororem meam Angliæ Reginam amicitia, quam in huncvsq; diem perpetuo inuiolatam seruauimus.

Nunc tandem vt fastigium huic opusculo & summam manum imponam, memineris fili mi, vt à Deo solo, & perpetuo totus pendeas, ab illo in functionibus muneris tui benedictionem expectes: cuius vsu exteriore interiorem cordis tui sinceritatẽ significes: in hisce autem rebus mediis ita te geras, vt viuam optimè affecti tui animi imaginem exprimas. Nec vero oneris tui grauitas & pondus ita te premat, quin incredibilem tuam in audiendo patientiã demonstres, neq; à quoquam te præoccupari sinas.

Thucyd. 6. Dion. 52.

In concludendo maturus; in resoluendo constans sis: multo enim satius est etiam cum leui lapsu, destinata perficere, quã indies mutando, nihil

nihil efficere. Vis exemplū tibi huius
rei demonstrem? En corporis tui artificiosam fabricam, alterum quasi mundum: quid bini illi oculi tui sibi volunt, nisi vt tāto diligentius omnia perlustres, & penitius in ipsa rerum interiora introspicias? quid binę aures, nisi vt vtramq; partem patienter audias? at vero vnica solū lingua tibi data est, vt simplicem, sensibilem, vniformem sententiam pronuncies; vnicum caput, vnumq; cor, vt quod semel apprehenderis, id constanti & vniformi resolutione, psequaris: duas autem manus, binosq; pedes cum multis digitis, ad expeditiorem rerū exequutionem, dum omnia illa apta instrumēta accersas, quib: deliberationes tuę ad effectū pduci possint.

Illud etiam ne obliuiscaris, vt bilē tuam concoquas priusquam negotium definias: *Ira enim furor breuis est:* In quo illud Apostoli præceptum imitari debes, *Irascimini*, *sed nolite*

Horat. lib. 1. Epist. Ephes. 4. Arist. 5. Pol.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

peccare. Illud tibi in deliciis ſit, bonos non ſolum muneribus afficere; ſed etiam honoribus euehere; hoc Regiũ decus, hic ſplendor, hæc gloria; ſed caue quẽquam præter modũ efferas: niſi quatenꝰ potentia & vires prouincialium id ferant; improbi & ſcelerati dignis ſuppliciis coerceantur; ſed quiſq;, quod fecit, patiatur; nec pater filii, nec frater fratris pœnam luat; multo minus ob vnius hominis delictum tota familia plectenda, aut vniuerſa gens odio proſequẽda eſt, nam Noxa caput ſequitur.

Plat. 9. de Leg.

Sequitur vt cuiuſq; virtutis menſurę tui amoris magnitudo reſpondeat; nec fauor tuus cuiquam diutiꝰ aſtrictus ſit, quam illius virtus id à te efflagitet. Nec iuſtæ vindictæ excuſatio efficiat, vt tibi in vindicandis iniuriis conniuendũ ſit: nam prima iniuria aduerſus partem læſam committitur: cuius ſi ipſeſeſe aſſertorẽ & vindicem præſtet, hæc iam ſecunda violen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A

iolentia tibi infertur, dum in tuas possessiones, alieni irruunt: ad quem sola gladii potestas spectat, ad puniendas oppressiones, quę populo tuo inferuntur.

Atq; hæc sunt, quę Diuina fretus bonitate à te expecto; vt similitudine quadã & proportione inter se cõcinant mea hęc institutio & tua naturalis dispositio: cui etiã illum sapientis præceptorem, id est, aliorum exẽplum pro institutore cõmendo, secundũ illud: *Felix quẽ faciunt aliena pericula cautũ*: quo pacto ex tua propria experiẽtia, nimis serã pœnitẽtiã, stultorũ magistrã facilè vitaueris.

Iam in extremo illud ponam, vt à te mi fili & postulem & efflagitem; si quæ vnquam meæ benedictionis tibi spes futura, vt continuo tibi ob oculos ꝑponi facias muneris tui grauitatem, cuius fidelis & diligens administratio pręcipua illa meta sit, ad quam in omni actione collimes: hic


Pla. in Pol. Cic 5. de rep.

tibi summus & præcipuus finis sit, reliqua omnia accessoria & media quę ad hunc finem referuntur. Reliquos verò patiaris alios aliis in reb⁹ excellere; tua huius vitæ gloria summa & sola, sit in ea quã profiteris arte cæteris omnibus longe antecellere, id quod præclare Anchises suis posteris consuluit, & ipse Poëtarũ princeps sublimi carmine cecinit, in quo etiã meum Symbolum includitur:


Excudent alii spirantia mollius æra,
Virg. 6. Æneid. *Credo equidem, & viuos ducent de marmore vultus,*
Orabunt causas melius, cælique meatus
Describent radio, & surgentia sydera dicent.
Tu, regere imperio populos, Romane, memento
(Hæ tibi erunt artes) pacique imponere morem,
PARCERE SVBIECTIS, ET DEBELLARE SVPERBOS.

FINIS.


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3446/A